1ª
15548

24

BIBLIOTECA
Sala 1a DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 42 Caj. 7 Núm. 38

b14813671

# TRACTATVS
## DE CASIBVS
## CVRIAE.

*AVCTORE*

FRANCISCO CARRASCO DEL SAZ
I.C. & in Senatu Panamenſi egregio Senatore.

*OPVS, TAM IN PRAXI, QVAM IN Theorica verſantibus, maximè neceſſarium.*

## AD

D. LAVRENTIVM RAMIREZ DE PRADO,
A Conſilijs Philippo Quarto, Hiſpaniarum Regi Catholico, in Supremo Indiarum Senatu.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI, *Apud Ioannem Gonçalez.*

Anno M.DC.XXX.

# Fee de erratas.

*LIBRVM Hunc vidi, & cum ſuo Archetypo contuli, quod Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Senatus approbauit, & eorum quæ typis excuſa ſunt, exemplar eſſe voluit, omniaquè in eo ſunt adeò, verè, & fideliter impreſſa, vn nulla vnquam in re ab exemplari ſuo diſcedant. Datum Matriti die decimaquarta menſis Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.*

Licentiatus Franciſcus
Murcia de la Llana.

---

# Suma de la Taſſa.

ESTà Taſſado eſte libro por los ſeñores del Conſejo a quatro marauedis cada pliego, como conſta de ſu Taſſa, deſpachada en el oficio de Diego Gonçalez de Villarroel, Eſcriuano de Camara, en Madrid a veinte de Março, de mil y ſeiſcientos y treinta años.

¶ 2 Apro-

# Aprouacion.

*POR Mandado de los Señores del Conſejo ſupremo de ſu Mageſtad, y por comiſsion ſuya he viſto vn libro que ſe intitula, Tractatus practici & quotidiani de caſibus Curiæ, compueſto por el Doctor Carraſco del Saz, Oydor de la Real Audiencia de Panamà en las Indias, y eſtà doctamente eſcrito, y aſsi es vtil y conueniente que ſe dè la licencia para imprimir que pide, por eſtar lleno de mucha erudicion y doctrina. En Madrid a* 15. *de Agoſto de* 1625.

Doctor don Pedro
Diez Noguerol.

---

# Suma del priuilegio.

TIene el Doctor Franciſco Carraſco del Saz Oydor de Panamà, priuilegio del libro que compuſo de caſibus Curiæ, por diez años, para que ninguna perſona pueda imprimirle ni venderle en eſte tiempo ſin ſu licencia, con las penas en el contenidas, firmado de ſu Mageſtad, refrendado de don Sebaſtian de Cõtreras ſu Secretario, y deſpachado en el oficio de Diego Gonçalez de Villarroel ſu eſcriuano de Camara, a venti quatro de Diziembre de mil y ſeyſcientos y venticinco.

D.LAV-

# D. LAVRENTIO RAMIREZ de Prado, Viro clariſsimo, à Conſilijs Philippo Quarto, Hiſpaniarum Regi Catholico, in ſupremo Indiarūm Senatu,

## D. FRANCISCVS DE BARREDA. I. C.

QVOD Amœnus ille ſcriptor aiebat, *Beatos quibus cōceſſum ſcribere legenda, magis facere ſcribenda: beatiſsimos quibus vtrumque.* Dignum cenſeo quod ſemper ambiant, qui ad ſummam rerum, & poſteritatis exēplū ſunt nati. Fecit olim Iulius Cæſar, is enim ſtrenuè pugnādo, & Romanorū terminos adaugendo, tum etiam ſcribēdo res geſtas, vtramquè fœlicitatem adeptus eſt. Scripſit enim quæ ſemper & vbique cum admiratione legentur: fecit item quæ ab Oratoribus, Hiſtoricis, & Poëtis ſcriberētur. Magna quidē, & ampla materia, Salluſtio, Plutarcho, Lucano, Suetonio, & alijs. Adepti ſunt & Cicero, & Seneca; & priori æuo multi ſapientes. Magnam enim nauarunt operam inſtituendæ Reipublicæ, quam meritò concelebrarunt hiſtoriæ. Multa etiam literis commendarunt documenta ſapientiæ, quæ poſterior ætas veneratione ſimul & laude proſequuta eſt. Et verò neceſſe erat germanas illas beatitudines ſimul & idem pectus inſidere, perituram vtramquè, niſi conuixerint. Qui enim fieri poteſt, vt magnus quiſque vir, qui ſcriptis ſuis famam perennat, non etiā factis æternet? Suſpectam habeo ſapientiam, quæ auctorem non beat. Iam ſi ſapiens, vt ſcripta demonſtrāt, cur non & ad actiones & officia ſapientiam conuertit?

tit? Non illum tacerent hiſtoriæ, qui egregiè exercuiſſet. Sequuntur Heroas hi honores, etiam inuitos. Inſtar prouidentiæ eſt, nec ſine numine rectè facta monumentis condecorari: quò magni poſt naſcituri animi, eo percuſſi Thyrſo, ament bonam mentem, & recti rationem, quibus conſtant virtutes. Sed num effœta eſt Heroum natura? Deus meliora! te enim ætate noſtra vnum edidit, quo ſe fœcundam adhuc *Beatorum* peribuit. Referam tuas initiationes? nondum iuuenis, Mineruæ litabas; antiquius tibi nomen Sapientis, quàm viri; nempè genius ille tuus excultus à te quidem, ſed factus non fuit. reſeraſti penetralia ſapientiæ; penetraſti omnes Muſarum lucos, ſiue Suadæ virenteis, ſiue Sophiæ opacos, ſeu Iuriſprudentiæ lubricos. Deeſſet quid diſceres, niſi à te didiciſſes. Ita eſt, nec fallor: hoc magna ingenia habent diuinum: diſertè Philon: *Anima benè nata, præceptis obuiam ſeſe offerens, à ſe ipſa magis quàm à Magiſtris adiuuatur: arreptiſquè rudimentis cuiuſcumquè ſcientiæ, equus (iuxta Prouerbium) fertur in planitiem.* Ergò apprimè elaboratus ad *Beatitudinem* illam, viam ſtrauit ſcriptio. Deus bone quàm elegans! Plinij inquam enodatio. Martialis item enucleatio, & Hypomnemata. Illuxiſti tenebris illis plùſquam Cimmerijs. Vidimus vernantem facundiam roſas ſpirantem, & violas. Vidimus ex alto, & penè ſepulto ſilentio. rediuiuam antiquitatem. Quàm multa, quæ Scriptorum quoque ætate deliteſcebant, memoriæ reſtituta, poſtliminio reuerſa! quàm multa animaduerſa ex veterum ſcriptis! quantus vbique plauſus! quantus honos auctori! Nec enim è Republica literaria viſum obtrectare laudi naſcenti, fauere imò, & ad cœlum tollere, quò lubentiùs plura ſcriberes. Sed iam patronatus iure, ad ſuum obſequium prudentia iuris vocabat. Satis iuuentuti, ſatis indultum florentiſſimo ingenio: dignum eſſe quem aſperior quoque exerceret arena,

quin

quin etiam & Patria illud ius ſibi adſtruebat, non tantùm tibi, ſed tuis etiam fuiſſe educatum. Nec fas vmbraticam eruditionem exhibere Iuri Ciuili, qui publicam Philologiæ exhibuiſſes. Scripſiſti itaquè doctiſsimum librum Teſſeram legum, nec reſtinxiſti, ſed inflammaſti quæ inceperat ſitim. Ego ne tantum Interpretem tacere ſinam? Et cùm pulchra poſsim incedere, & ſublimis, depreſsior repam, & turpior? Hunc imò tantum Sacerdotem in meorum aluo conſcribam; huic me totam tradiderim excolendam. Excoluiſti quàm optimè doctiſsimo, & omnifaria eruditione refertiſsimo quinquaginta militũ Doctore, ſiue Pentecontarcho, tunc primùm diuina & humana maritata Prudentia, & è profanis fax ſacris admota. Perſonat en fama ſcriptionis vbicumque terrarum: Te Iuriſperiti, te Theologi nocturna verſant manu, verſant diurna, te politioris literaturæ alumni, te Polyhiſtores, & Sophi, & quicunque manum ferulæ admouerant. Iam qui filus operis? quis orationis candor? quàm abdita, & ex imis Muſarum clauſtris depromta eruditio? quàm crebræ, & ſcitæ ſententiæ? quæ dictionum lumina? quãtum vbique iudicij, & acrioris ſpiritus? O magnum Hiſpaniæ decus! ò Patriæ honos! Perge qua cœpiſti, nec ponas calamum. Iam placidiores te Muſæ ad mitiora vocabant. Non ad eruditos tantùm ornandos natum ingenium: dandum aliquid aulicis, & temperandos illos eloquentiæ frænos, exarandũ aliquid materna lingua; nec ſemper montium vertices calcãdos, gradiendum aliquando per colles, amœniores quidẽ, ſi illuſtres non adeò; concedendum vel amori beneficentiſsimi Principis, vel blando imperio. Obſecũdatus Mæcenati maximo, indulſiſti amico. Sumſiſtiquè in manus theſaurum illum politicum Ioannis à Cho-*Kier* viri ornatiſsimi: hunc patria lingua donare, diſſertationibus illuſtrare, & doctiſsimis ſtellare luminibus.

 *In*

*In tenui labor, at non tenuis gloria, ſi quem*
*Numina læua ſinunt, auditquè vocatus Apollo.*

Quid faceres? tuus ille erat calamus, ignarus imæ, & omniū Regionū, præter aeris & ætheris. Nec tūc quidem repere placuit, cùm licuiſſet. Decuit ergo Sophiā Hiſpana lingua crepere, Suadam orare, Prudētiā præcipere, eruditionē ipſam diſſerere. Quid nō iā maternæ liceat liguæ, cui tantum licuit? Procul iam abeant Græca & Latina facundia, & verba ſonantia, & perſonata nomina, & facunda vocabula, & in numerū caſuri periodi, & obſtrepera illa translationum procliuitas, quibus vtraque lingua adornatur. Nihil non conceſſum Hiſpanæ, ſi modò à doctiſsimo quoque eloquatur. Subijt nunc in mentem, quàm verè, quàm appoſitè ab Horatio dictum.

*Scribendi rectè ſapere eſt & principium, & fons.*

Elegās eſt, & diſertus quicūque Sapiens, nō maternæ imputādum linguæ, ſed tuæ, ò qui abnormis amuſſus, barbarus, perſtrepis, nō loqueris; deles, nō ſcribis. Sed nō is inſectādi locus, præcipuè qui apud te verba agā, cuius modeſtia & benignitas ad omnē detractionem impatienti quadā nauſea agitātur: cuius os in honore ſemper, & admiratione exterarū virtutū, elogia meditās, & encomia. Nulli liuidus, omnibus fautor, præſidium & decus. O dignū, cui omnes laudes rependant, nō laudēt! Quotus enim quiſque eſt, cuius beneuolētiā nō præcurreris? cuius laudes nō præoccupaueris? Longè aliter quā illi veræ gloriæ ignari, qui niſi detrahāt, laudē deſperant, & ex inuſtis vbicūque notis gloriā ſibi deſpondēt. Nec ponam inter tuas vigilias, quæ adhuc ſub ſcrinio premūtur Deciſiones tui olim Senatus. Varia item Cōmentaria ad prudentiæ cultum, & eloquentiæ, ſuus his ſtatus dies; ſinamus illas ſub Ariſtophanis, id eſt, tua lucerna, & multa ſub incude; ſatis pro cōmendatione, à te exaratas, elucubratas: leget olim vtraque ſapiētia, plaudet, mirabitur. Et hæc ſunt

qui-

quidē quæ ſcribis, hæc quæ tua leguntur. Quæ verò aliena in lucē promis iure eandē laudem ſortientur. Tu longa obliuione obritū Iulianum Petri, è magna illa, & omniiuga Bibliotheca *Oliuarenſi*, in publicā lucem miſiſti (& alios nunc paras mittere) virū diſertiſsimum natione Hiſpanū, facundia Latinū, ſapiētia Græcū, qui res Hiſpanas à prioribus petitas tēporibus chronicis decorauit. Hunc etiā tuum vocabo liberū, nō natum, ſed adoptiuum. Eſt quoque ſua adoptioni gloria, præcipuè cùm *Adoptio* (Iaboleno docente) *in his perſonis tātùm locū habeat, in quibus natura etiam poteſt habere.* Non adoptares Scriptores doctiſsimos, niſi Scriptor doctiſsimus. Quid quòd patrē te naturalē adſeuerant, à quo vitā acceperint, & cognatæ lucis vſurā? Viuent æternum, ergò & viues, & quocunque magna illa nomina acceſſerint, accedet magnum & tuum. Sed iā me remorantem, & tranſverſum reuocat maior illa fœlicitas, *Facere ſcribenda.* O quis mihi Sthentoris vocē, Muſarum ſonos, Gratiarum lubētias! Ego ne profanus adhuc, nec myſta, tua cōtrectabo facinora? referabo res geſtas? nempè ſublime cādens ſolis iubar nullos deſpicit oculos, ſiue aquilæ rutilos, ſiue lyncei acreis, ſiue talpæ obnubilos. Igitur à paterno cinere incipiā, an & hoc fauſtum? Decebat tuas virtutes, decebat ſtudia, ne potētiæ paternæ adſcriberetur, quidquid muneris impleuiſſes. circundabant adhuc & puluis & fragor cōquaſſatæ fortunæ: quidquid calcabas, ancipitia erāt, & abrupta ruinæ. Animos alter deijceret; tu immotus, & impauidus ad cōſtantiā accinctus, meliora ſperare, animum erigere, ad artes ſapiētiæ & virtutis accedere; hunc aſylum calamitatum, hunc trāquillitatis & ſalutis templum, & aduerſus Decumanos illos fluctus portum tutiſsimum. Te virum, te fortē caſus ille parauit. Quotidiè caderes, niſi cecidiſſes. Nolo fortunā ſemper blādientē, quidquid honori ſuperimponit, animo detrahit: *Habet has vices cōditio mortaliū, vt aduerſa ex ſecūdis, ex aduerſis ſecunda naſcantur: occultat vtrorūque*

*ſemi-*

*ſemina Deus, & plerumquè bonorum, malorumquè cauſæ, ſub diuerſa ſpecie latent.* Dicerē interfuiſſe modeſtiæ tuæ, niſi expertus eſſem natalē. Languent aliquādo virtutes, quas ratio cōmendat. Quæ nobis innata, niſi nobiſcum non pereūt Quid quod Conſiliario futuro meditāda erat aduerſa fortuna. Siue quòd *Difficile ſit virtutes eum reuereri, qui ſecunda ſemper fortuna ſit vſus.* Siue quòd *aduerſitatis exercitatione prudētes efficimur.* Per hunc quoque gradum aſcēſurus eras, vt nullum omitteres. Siue enim intuear inſita bona, ſiue quæſita, quibus idea conſtat optimi Conſiliarij, omnes illos numeros impleuiſti. INSITA, geniū multiſcium, flexibile, & moderandis rebus aptiſsimū. Generis ſplēdor, & à maioribus quoque petita nobilitas. Forma item, & vultus decor, maieſtatis inſignia. Non ſine numine Magiſtratus leguntur. Si rectè internoſcas, cōmendati ſunt à natura qui digni cenſentur. Apū examini Principem dedit forma præſtantem: cur nō & hominum? num horū abiectior cōditio? AEtas tantummodò deſiderabatur: præuerterat præcox prudētia, & cani iam ſenſus. ACQVISITA. Imbutus es Philoſophia, & Philoſophiæ alūnis Eloquentia, Iuriſprudētia, linguarum peritia, hiſtoriarū notione, ſi quis alius in terrarū ambitu. Dixi ELOQVENTIA? O aureum os! & vt Pilius ille Homericus, *Eloquio comis, experimentis cautus, cui animus prudentia viget, verba dulcedine affluunt.* Laudabo eloquētiæ nitorem in tuis ſcriptis? multi ea laude cenſentur. Quid nō cōcinnet Cleantis vigilia, & repetita ſæpiùs ſpongia? Ego, niſi extēporaneam non laudo facundiam; nec facūdia, quæ nō improuiſa. Pariter enim, *vt qui hærediolum ſterilem, & agrum ſcrupoſum, meras rupinas, & ſenticeta miſeri colunt, quoniam nullus in teſquis ſuis fructus eſt, nec vllam illic aliam frugem vident, ſed*

*Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ,*

*Suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, & vicino-*

*rum*

*rum flores decerpunt, ſcilicèt vt eos flores carduis ſuis miſceant.* Ad eumdem modum, qui natiuæ eloquentiæ ſteriles ſunt, centones conſarcinant, qui ſuos ſemper prodant dominos, verſicolores nempè, & nullibi ſimiles. Hoc modo & pſittacus, & coruus, humanam edunt loquelam, & ſi elegantior Magiſter accedat, maximè excultam. Tu verò extempore, & vt res poſtulat, ſiue quid deliberandum, ſiue decernendum, ſiue decreto imperandum, orationem in Senatu habes, concinnam, diſertam, appoſitiſsimam. Video quantum arti præſtet natura, quàm longè item emineant, ſi ritè iungantur.

———————————— *alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.*

Proponebatur facti quæſtio, quæ Theſeum exquireret? Extemplo aderat luculentiſsima oratio, aderat & multa eruditio Iurium, Doctorum. Num tumultuaria, & cruda adhuc, & nondum in cellas digeſta? Putaret quiſpiam ſingulis periodis, ſingulos inuigilaſſe Demoſthenas, ſingulos Tullios. IVRISPRVDENTIA. Maiores noſtri circa iuris ſcientiam magnopere quidem verſati; ſed oſcitanter, & impolitè. Magnum peperère decus, vel Conſulti reſponſum ad negotia vrbana accommodatum: vel Accurſij gloſſemmata recenſita, vel Doctorum commentaria perlecta. Tu leges, & iura intima notione pertractas. Magnum quidem honorem Scriptoribus defers; ſed ſalua mentis reuerentia. Ad hanc amuſsim commentarios examinas: niſi conueniant, abnuis, nec quid velint Interpretes quæris; ſed quid iura: & ſi detorſerint, corrigis. Decorat maximam tuam eruditionem memoriæ fœlicitas, ſiue quòd ſæpiùs repetita fideliùs inhæreant: ſiue quòd acerrimè intenta mentis acies, & circa ſemet agitata, promit illas quas accepit imagines. Hinc appoſitiſſima

ſima topica, & ex tempore, & numeroſiſsimi Scriptorum exercitus, & integta legum capita, & multa fragmenta, quibus ornas diſſertationes. Nec inter laudes commemoranda comitas, vrbanitas, beneuolentia, quibus litigatores faues, & candidatos, accedunt ad iudicem, & cenſorem? Socium inueniunt, ſecuri te & hilares cùm commodum eſt conuenimus, nec ſalutationes tuas ſupercilium, aut fatigatio interrumpit, ſed ſua cuiquè modeſtia. Et quod pluris facimus, non intra ſolos priuatos parietes benignitatem claudis, & manſuetudinem, ad Senatum quoque defers, quoties te ipſum. Gaudet quoque tua clementia ſeuerius puluinar, non tantùm ad expianda crimina faſtigiatum; ſed ad condonanda quoque, vel cõniuenda. Ignoras nigros calculos, vbi licet, ſalua Religione iuſtitiæ. Teſtatur ſententiarum ſubſcriptio cum ſalutari ſigno, iure & merito à te vſurpato. Gangem & Danubium, non flumina, ſed aquarum procellas, ſi cũ Oceano conferas, nihilo inuenies ſequiora, ſiue claſſium intuearis patientiam, ſiue piſcium luxuriam, ſiue vndarum tumores, ſiue ventorum mugitus. Hi rapidiſſimo amne præcipitati, agros deuaſtant, pontes irrumpunt, ſyluis ſyluas inuoluũt, ripæ ignari, atque aluei: cæterùm fœcunditas nulla. Gleba enim onerata ſeminibus, antequam adoleſcant, vndarum volutata furore, maturandis impotens eſt. Nilus verò lenè fluens, nec murmure quidẽ teſtatus præſentiam AEgyptum fœlicitat. Nulla Regio meſsium fœcundior, animalium feracior, fructuum fertilior. Vſque adeò lenis potentia, truculenta vtilior & efferata. Macte tali virtute Magiſtratuum exemplar! & quòd flumina à Nilo ſaturandis meſsibus, hoc à te iudices diſcant ſeruandis hominibus. Multi forſan eandem profeſsi manſuetudinem, ſed extortam, tu benignitatem atque beneuolentiam, gratiarum ſorores agnoſcis, nec niſi à gratijs impartiendas. *Nec aliud tibi ſententiæ tuæ pretium, quàm*

*bene*

*benè iudicaſſe.* Non efficta narro, ſed publica, & ipſo Principi maximè nota, cui magis quàm illi, qui Deum in terris agens, hoc quoque habet Prouidentiæ Diuinæ, cuncta inſpexiſſe. Hinc tot in te honores, tot munera. Adlectus eras ad Senatum Neapolitanum! ad rei Dominicæ Senatum euectus. Hæc vt ſarta tectaquè eſſet tua integritas, ſapientia, & ſollicitudo, maximè in cauſa fuere. Sed ne otioſa, & ſupervacanea hebeſceret tua benignitas, ad Supremum Indiarum Senatũ adſciuit te Indorum tutela. Genuina erat, & ſeruando latiſsimè patenti Imperio apprimè ſalutaris. Nec intra terminos Iuris Conſult. continentur tua munera. Quid continerentur diſpendio Reipublicæ, cùm te non Iuriſ.Conſult. tantùm, verùm omnigena indole, virtute, prudentia, ornatum viderit? Adlectus ideò ad legationem in Gallias, in qua quantus fueris, quàm ſplendidus, quàm elegans, quàm ſupra humanam ſortem, dicere ſuperſedeo. Teſtetur vterque Princeps, & qui miſit, & cui miſſus. Illi gratus, ab hoc benignè receptus. Maiora hæc ſunt quàm ab homine, non contrectari modò, verùm nec adſpici, vel poſsint, vel debeant. Digna quidem, vt cætera, quæ decus ornet Hiſtoriæ. Oratoriæ ſublimitas, Poetices nitor. Non tantùm quia magna, ſed quia tua. Cui enim iucundiùs inuigilent bonæ hæ artes, quàm tibi, *Cui ſanguinem debent & patriam*? Ibit in poſteros nomen Laurenti, ibunt facinora. Hoc quoque tibi feret acceptum humana fœlicitas, quòd geminam illam *Beatitudinem*, in vno, atque eodem viro coniungi poſſe, exemplo docueris, qui & *Legenda ſcripſeris*, & *feceris Scribenda*, vtrumque fœliciter.

Atque hoc idem in cauſa, quòd te tutelarem vouent, qui in publicum edunt vigilias. Vouit olim D. Ioannes Carraſcus del Saz, in Panamenſi Prætorio egregius Senator, qui cùm ſcripſiſſet tractatum

hunc

hunc, *De caſibus Curiæ*, opus quidem, vt practicum, ita maximè neceſſarium, te vnum Mæcenatem adſcire in votis habebat: ſed morte præuentus, teſtari quidem animum potuit, nuncupare non potuit. Horum conſcij D. Franciſcus Carraſcus del Saz & Ioſephus filij, qui typis mandauerant, ſub tuo patrocinio in publicam lucem mitti precantur. Præſto en ego abſentium obſequia lubens, qui ſciam tuum nomẽ in immortalitatem futurum nomini Auctoris, & vel hoc etiam Theones, & Miſanthropos euaſurum, quòd tantum Patronum elegerit. Vale.

AVCTO-

# AVCTORIS COMMENDATIO.

IOANNES SOLORZANVS, vir vndequaque doctiſsimus, olim Peruenſibus Phœbus, nobis nunc in Supremo Indiarum Senatu beneficum Sydus, in Polyhiſtore illo tractatu de Indiarum iure, lib. 1. cap. 7. num. 71. Scriptorem noſtrũ his verbis commendat: *De eiuſdem vrbis Limenſis terræmotibus agens, literis mandauit eruditiſsimus Doctor Franciſcus Carraſcus del Saz, qui poſtquam in ea pluribus annis honorificum Aduocationis, & Adſeſſoris dominorum Proregum officium exercuit, Regij Panamenſis Senatus Conſul creatus fuit.*

Plinius Nouocomenſis lib. 1. Epiſtol. Epiſt. Arrio Clementi: *Vt de Sculptore, Pictore, Fictore, niſi Artifex iudicare; ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem.*

# TRACTATVS PRACTICI, ET QVOTIDIANI.

*PRIMVS DE CASIBVS CVRIÆ ENVMErantij quinquaginta cum ſuis declarationibus.*

## SVMMARIVM.

1 *CASVS Curiæ frequentes, & quotidiani.*

2 *Primus Curiæ caſus in criminalibus eſt,* quebrantamiento de camino, ò tregua.

3 *Secũdus,* riepto de muerte ſegura.

4 *Ceſſat prædictus caſus ex diſpoſitione Concilij Tridentini.*

5 *Tertius caſus eſt,* muger forçada.

6 *An rapta muliere nupta, ſi maritus raptorem non accuſet, poſſit procedi ex officio cõtra delinquẽtes, remiſſiuè.*

7 *Quartus caſus in fure, latrone publico, famoſo, & notorio*

8 *Quod ſit magnum furtũ, iudicis arbitrio remittitur.*

9 *Graſſatores qui in publicis itineribus per vim, & cũ armis graſſantur, mortis pœna pro primo furto, etiam minimo, puniuntur.*

10 *Intelligẽdum eſt ſi occidant, vel percutiãt eũ, cuius bona rapiunt, vel ſit furtũ magnũ*

11 *Quintus caſus Curiæ criminalis,* de hõbre dado por encartado, *qui propriæ eſt bãnitus.*

12 *Praxis bannitorũ apud nos non extat, ſed apud exteros.*

13 *Sextus caſus in falſificante ſigillum Regis.*

14 *Septimus in fabricãte falſã monetã, ſiue marcã Regiam.*

15 *Octauus caſus,* por razõ de otro grã yerro, ò traycion que quiſieſſen hazer al Rey, ò al Reyno.

16 *Nonus caſus Curiæ,* por pleito q̃ demanda el huerfano.

17 *Vt ſit locus caſui Curiæ propter minorẽ ætatẽ, requiritur, vt pupillus ſit minor viginti quinque annis, ſit patre orbatus, nec ſufficit eſſe minor, ſi non ſit orphanus, nec orphanus, ſi non fuerit minor.*

18 *Errãt qui ſine dicta qualitate admittunt quoſcũq; minores in Curia pro ſuis actionibus proponendis in prima inſtantia.*

19 *Si minor litem ſuam proponat contra eius patremfamilias, poteſt illam intẽtare.*

20 *Pupillus qui eſt orbatus patre, & minor vigintiquinque annis, habent caſum Curiæ, tametſi diuites ſint.*

21 *Miſerabiles perſonæ quæ ſint, & eas debet Rex tueri.*

22 *Minor vigintiquinque annis, ſiue vir, ſiue fœmina, poſt quã impetrauit veniã ætatis, non habet caſum Curiæ.*

23 *Denegaturq; ei reſtitutio.*

24 *In cauſa cõmuni pupillo & viduæ, eſt locus caſui Curiæ, ſi indiuidua ſit, nõ autẽ ſi diuidua: cõtrariũ infra nu. ſeqq.*

25 *Expẽditur doctrina Andr. Gail obſerua. 32. n. 2. tenẽtis, omnes lites cõſortes ex participatione alterutrius ſortiri forum Curiæ.*

26 *Declara in caſibus Curiæ actiuæ propoſitis.*

27 *Aliqua poſſũ habere ab alio quæ à me ipſo non poſſum.*

28 *Adducitur, & expenditur textus elegans, in l. ſi is qui duos reos, ff. de liberat. legat.*

29 *Ex duobus ſocijs, qui incapax eſt, propter capacitatẽ alterius capit in conſequentiã.*

30 *Rex dominus noſter eſt fons iuriſdictionũ omniũ in ſuo Regno, eamq; exercet per ſuos Auditores, & Prætores in Regijs Chancellarijs.*

31 *Caſus Curiæ in vno eſt cõmunis eius cõſortibus in lite volentibus ipſis, ſi ſint actores.*

32 *Cauſarum continẽtiæ quæ?*

33 *Prima ratione pluriũ perſonarũ, ſi res ſit cõmunis, exẽplũ eſt de cõmuni hæreditate, & etiã in criminalibus cauſis.*

34 Se-

34 *Secūda cōtinentia cauſæ eſt ratione generalis actionis, vt tutelæ negotiorū geſtorū, &c.*

35 *Actionem mouens coram diuerſis iudicibus litem amittit fauore libertatis, & militiæ, & non in aliis caſibus.*

36 *Poſſeſſorij, & petitorij cauſæ ſuper eadem re habent cōtinentiam.*

37 *Finis poſſeſſorij eſt principiū petitorij, & vnius cognitio habet intelligētiā alterius*

38 *Exceptio, ne cōtinētia cauſæ diuidatur, habet locum parte opponēte, & ante cōteſtationē litis opponi debet, & ea nō oppoſita valet proceſſus.*

39 *Prædicta de continentia poſſeſſorij, & petitorij intelligenda ſunt data capacitate fori.*

40 *In cauſis executiuis locū nō habet exceptio litiſpēdentiæ.*

41 *Declaratur, vt non procedat, nec permittatur vno, eodemq́ue tempore ſuper eadem quantitate duas cauſas executiuas proſequi.*

42 *Rationes reſolutionis numeri præcedentis ab auctore traditæ.*

43 *Praxis vtilis prædictorum in via executiua coram diuerſis iudicibus ſuper vno, eodemq́ue debito.*

44 *Decimus Curiæ caſus eſt in homine paupere.*

45 *Pauperum vox coram Deo acclamat.*

46 *Pauper quis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*

47 *Ille qui viuit, & ſe alit ex alimētis ei aſsignatis, an pauper dicatur?*

48 *Alimēta recipiēs non dicitur pauper, niſi ſit in ſumma egeſtate, traduntur rationes & fundamenta noua, vt hæc diſtinctio circa caſus Curiæ obſeruetur.*

49 *Exploditur, & reprobatur cōmunis Aduocatorū allegatio, qui ſolēt fundare caſū Curiæ propter paupertatē, dicēdo, illū intētātē viuere ex alimētis, quia hoc ſolū nō ſufficit*

50 *Vndecimus Curiæ caſus eſt,* en home muy cuytado.

51 *Senes decrepiti, & diuturno morbo laborantes & debiles, & omnes hi, de quibus natura mouetur ad miſerendum, habent caſum Curiæ; ſub præcedenti capite.*

52 *Exempla prædicta non arctant regulam.*

53 *Cōſtituitur ſub ea ille qui omnibus ſuis bonis, ſiue maioratu, per ſentētiā fuit priuatus.*

54 *Item qui paſſus incendium,*

vel naufragium omnia ſua bona amiſit.

55 Comprehenſi ſub titulo de curatore furioſo, vel prodigo, ſeu alijs extra minores dandis, poſſunt intentare caſum Curiæ in prima inſtantia.

56 Indus quilibet, ſiue diuus ſit, ſiue pauper, caſum Curiæ intentare poteſt vt actor.

57 Miſerabilis dicitur qui proprias cauſas adminiſtrare non poteſt.

58 Item Senes decrepiti, & diuturno morbo fatigati, publicè pœnitẽtes, liberti Eccleſiæ, manumiſsi, cæci, mutilati membris, leproſi, carcerati, & omnes, quibus natura cõmouetur ad miſerendum.

59 Mercatores quando ſunt in itineribus, miſerabiles reputantur, & contra eos tempore quo proficiſcuntur non ſunt admittendæ calumnioſæ actiones.

60 Deinde Æthiopes, & quos vulgo nominat, mulatos, geniti ab Hiſpanis & cõcepti à mulieribus Æthiopenſibus.

61 Quod fallit ſi ſint diuites.

62 Cauſa libertatis eſt caſus Curiæ, ſiue actiuè, vel paſsiuè proponantur agendo, vel defendendo.

63 Decimuſtertius Curiæ caſus in cauſis & litibus viduarũ, quantumuis diuites ſint.

64 Lite cœpta & conteſtata coram iudice ordinario, non habet locum Curiæ caſus.

65 Vidua vna contra aliam non habet caſum Curiæ.

66 Stylus prouiſionis ordinariæ, quæ vulgo dicitur, del fuero, & eius exceptiones.

67 Sub viduæ nomine admittuntur mulieres, quæ habent maritos inutiles, vel longa abſentia impeditos quoad caſum Curiæ.

68 Seu ad trirremes, vel exilium damnatos.

69 Eccleſia vidua dicitur quæ habet Epiſcopũ, ſed inutilẽ.

70 In ea muliere quæ nunquã maritum habuit, ſed celebs eſt, maior adeſt dubitandi ratio, an habeat forum Curiæ, vt actrix in prima inſtantia reſoluitur affirmatiuè.

71 Prima exceptio prouiſionis ordinariæ fori eſt, no ſiendo cauſa criminal.

72 Intellige ſi ſit vidua rea, nõ actrix, vel accuſatrix, quia agendo habet caſum Curiæ, & conſtituitur ratio & auctoritas adducitur.

73 Idem tenendum de quolibet

bet ſortiente caſum Curiæ, quod de vidua numero proxi miori eſt dictum.

74 Cauſæ criminales grauiores ciuilibus, ex Iulio Claro, & eius fundamentis.

75 Perquiſitores quando & quomodo prouideantur.

76 Iudices prædictos Conſiliũ Supremũ Caſtellæ nominat, & non Chancellariæ.

77 In Indiarũ Chãcellarijs extat ordinatio 17. per quam tribuitur facultas nominandi perquiſitores ad cognoſcendũ, & ordinandũ proceſſum, non ad definiendum.

78 Nonunquam etiam ad diffinitiuam ſententiam pronũciandam nominantur, & hoc iure vtimur.

79 Secundus caſus exceptionis ordinariæ fori eſt, en marauedis pertenecientes al Rey.

80 Tertia exceptio, ò ſobre execucion de carta executoria, ò contrato guarentigio, que trae aparejada execucion.

81 Ardua quæſtio, an ſuper executione Sententiæ, vel contractus, poſſit intentarari caſus Curiæ, & executio peti in regali Chancellaria?

82 Diſtinctio caſuum, quando eſt deuoluenda executio ſententiæ iudici inferiori, qui primam tulit in cauſa ciuili, vel criminali.

83 Semper ex ſtylo remittitur executio in Chancellaria inferiori iudici, niſi ex iuſtis cauſis retineatur.

84 Referuntur quæ ſint, & ſtylus, & praxis exequendi in Chancellaria, vel dandi executorem.

85 Potiùs agitur termino ſententiæ confirmantis, quàm confirmatæ, & ideô de iure communi executio expectat ad iudicem ad quem.

86 In arbitrio dominorum de Chancellaria eſt, in cauſis ciuilibus quantitatis debitæ, vel executionem per ſe ipſos facere, vel remittere eam faciendam.

87 Intellectus ad leges 27. tit. 23. par. 3. & ad l. 11. tit. 5. lib. 2. Recop.

88 Stylus Regaliũ Senatuum Limenſis, & de Panamà, q̃ en auiendo caſo de Corte, que el actor pudiera pedir è intentar en via ordinaria, ſe admita en las executiuas, pidiendo execucion.

89 Quid ſit obſeruãdum in Rega-

galibus Senatibus, Valliſoletano, Granatenſi, & Audientia Hiſpalenſi, & Regni de Galicia.

90 Executio ſentētiæ quando, & in quibus caſibus retineatur à iudice ad quem ex ſententia & diſtinctione Cardinalis Thuſchi.

91 Si ſentētia iudicis ad quem fuerit partim confirmatoria, partim reuocatoria, executio ei competit, vel ſi ſit prima modificata.

92 Priuilegiatus contra alium priuilegiatum æqualiter an vtatur foro Curiæ? quid de iure communi.

93 De iure noſtro Regio cōcaſſantur priuilegia, & confunduntur, nec vnus aduerſus alium eo vtitur, etiamſi vidua ſit.

94 Decimusquartus Curiæ caſus eſt, contra algun poderoſo.

95 In conſpectu Principis nullus eſt potentior altero, quia non eſt in Principe ſupremo conſideratio perſonarum.

96 Idem quod proximiori numero eſt intelligendum in eius Supremo Conſilio, ſeu Regia Curia, & Chācellaria.

97 Potens, vel potentior, quis ſit; conſiſtit in facto, & reſidet in arbitrio iudicis.

98 Decimusquintus caſus Curiæ eſt contra Duces, Comites, & Marchiones.

99 Decimusſextus in dominis vaſſallorum, etiamſi non habeant titulum.

100 Quod extenditur, etiamſi ſint pupilli, & minores viri, vel fœminæ, ſeu viduæ.

101 Decimusſeptimus caſus Curiæ erit, contra las juſticias y oficiales dellas.

102 Domini Præſides, & Senatores, ſeu Regiorum Conſiliorum, vel Chancellariarum, ſeu Audientiæ Hiſpalenſis, & Regni Galleci, ſortiuntur caſum Curiæ, & quomodo.

103 Adducitur lex 5. tit. 3. lib. 4. Recop. & declaratur.

104 Senatores, & Prætores Regij, non poſſunt cauſas ſuas, nec vxorum, vel filiorum, ad Chancellariam, in qua aſsiſtunt, trahere.

105 Poterit tamē aduerſa pars, ſi voluerit eos conuenire in eadem Chancellaria.

106 Non datur prorrogatio iuriſdictionis, quando lex eam tollit, limitat, vel inhibet.

107 Non

107 *Non datur prorrogatio diuerſæ ſpeciei.*
108 *Adducitur ordinatio 27. quæ inter alias eſt emiſſa cuilibet ex Chancellarijs Indiarum Occidentalium.*
109 *Cauſa adduci poteſt ad ſuã Chancellariam per eius Senatorem, ſi executor contra eum datus excedat limites ſuæ iuriſdictionis.*
110 *Remedia quando executor excedit.*
111 *Propter neceſsitatem imminentem, vel periculum inſtans, plura permittũtur, quæ alias nõ admitterẽtur.*
112 En las Audiẽcias del Perù, ſe lleuan en apelacion los negocios tocantes a las executorias que para eſtas partes ſe deſpachan en el Conſejo de Indias, *exempla adducuntur.*
113 *Ioannes Matieço Regius in Argentina Chancellaria Senator laudatur, eius mores, & modus procedendi.*
114 *Decimusoctauus caſus Curiæ,* en las juſticias ordinarias.
115 *Iudices Pedanei, & qui in vicis aſsiſtunt, non comprehenduntur ſub prædicta regula.*
116 *Decimusnonus,* en el Teniente de Corregidor, y Alcalde Ordinario.
117 *Plures caſus Curiæ ex mente legum de his diſponentiũ, licèt non ex verbis.*
118 *Vigeſimus caſus Curiæ in Alguacello maiori, vel executore iuſtitiæ.*
119 *In Alguacellis minoribus traditur diſtinctio.*
130 *Vigeſimusprimus caſus Curiæ eſt contra decuriones, vulgo,* Regidores, ò Ventiquatros.
131 *Quod attinet ad Tribunos plebis, vulgo,* los Iurados, *erit arbitrarium,* y en los Seſmeros donde no ay Iurados.
132 *Vigeſimusſecundus caſus erit in tabellione Concilij ciuitatis, vulgo,* el eſcriuano de Cabildo, *qui conueniri poteſt in Curia Chancellariæ.*
133 *Quod procedit, etiamſi ille qui conuenerit tabellionem* del Cabildo, por caſo de Corte, *ſit decurio, quia potentior eſt tabellio.*
134 *De tabellionibus numerarijs fit diſtinctio.*
135 *Tabellionum aliquorum mores.*

136 Vi-

136 *Vigeſimus tertius caſus Curiæ procedit contra eos, qui ſunt de familia iudicis ordinarij.*

137 *Comprehenſi ſub numero proximiori referuntur.*

138 *Lex qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iud. adducitur, & declaratur.*

139 *Eius inhibitio in ciuilibus & criminalibus intellecta contra Gregor. Lop.*

140 *Vigeſimusquartus caſus Curiæ contra Syndicũ Reipublicæ, vulgo,* el Mayordomo de la ciudad o villa.

141 *Vigeſimusquintus in Exactore tributorum, vulgo,* el Receptor del ſeruicio.

142 *Vigeſimusſextus contra Receptorem alcaualæ, vulgo,* el Teſorero.

143 *Vigeſimus ſeptimus in Caſtellano alicuius fortalicij, ſeu caſtelli.*

144 *Regium reſcriptum exeptionis militaris, & eius inhibitionis.*

145 *Vigeſimusoctauus caſus in cauſis denegatæ iuſtitiæ.*

146 *Praxis proximioris numeri.*

147 *Auocatio cauſæ fieri poteſt, & ad Curiam trahi per denegatam iuſtitiam ab inferiori iudice, qui de ea cognoſcit.*

148 *Iudices priùs monendi, antequam cauſæ ab eis auocentur.*

149 *Si conſtet ex teſtimonio actorum de nimia negligentia, & remiſsione ordinarij iudicis, abſque citatione poteſt fieri auocatio cauſæ à dominis.*

150 *Declaratur reſolutio domini Præſidis Couar. dicentis, Regios Auditores non poſſe auocare cauſas ab inferioribus, vt procedat non interueniente iuſta cauſa.*

151 *Negligentia inferioris, quæ & qualis ſufficiat, vt ab eo auocetur cauſa, pẽdet ex arbitrio dominorum de Conſilio, vel Chancellaria.*

152 *Regiæ Chancellariæ cognoſcunt* de todos los pleytos que ſon ſobre caſos de Corte, *ex l. 11. tit. 5. lib. 2. Recop.*

153 *Regales Senatus, & Prætoria Indiarum Occidentalium vtuntur eodem iure, quo Regia Valliſoletana, & Granatenſis Chancellaria.*

154 *Ordinationes ſunt vnius formæ, & eædẽ in qualibet Audientia Indiarum.*

155 Re-

155 *Refertur ordinatio tertia, & eius littera.*

156 *Chancellariæ Prætoriales quæ.*

157 *Diuerſitas in forma, ordine, & pœna ſecundæ ſupplicationis quæ aliter eſt apud nos, quàm ea quæ obſeruatur Valliſoletano, & Granatenſi Senatu.*

158 *Traditur forma & ordo ſecũdæ ſupplicationis apud nos, & quantitas quæ requiritur.*

159 *Quantitas condemnationis, & non primæ petitionis attenditur, vt locus ſit ſecundæ ſupplicationi ex parte rei condemnati.*

160 *Reus abſolutus, etiamſi abſolutio ſit maximæ quãtitatis, non tenetur præſtare apud nos fideiuſſionem, ſi actor ſecundò ſupplicet.*

161 *Secus in Regno Caſtellæ, vbi ſeruandæ ſunt l. 1. & 2. & aliæ, tit. 20. lib. 4.*

162 *Lex 7. tit. 20. lib. 4. in finalibus verbis in Indiarum Chancellarijs obſeruantur.*

163 *Cauſa retenta, vel aliter quomodocunque introducta in Regali Prætorio, & Chancellaria,* ſi no es por nueua demanda, *non habet locum ſupplicatio.*

164 *Verbum,* ni en otra manera alguna, *quid importet.*

165 *Quid autem ſi per remiſſionem factam ab inferiori cauſa introducatur in Regali Chancellaria, an habeat locum ſecunda ſupplicatio, ſit diſtinctio.*

166 *Qualibet cauſa Fiſcalis in Chancellaria debet intentari, vel in Conſilio Regio.*

167 *Procurator Fiſcalis non poteſt Fiſcum ſuo proprio foro Regio priuare.*

168 *Fiſcus cauſas alibi pendentes trahit ad ſuos iudices.*

169 *Procurator Fiſcalis Regius non poteſt citari, nec vocari coram alijs iudicibus, niſi in Regia Chancellaria.*

170 *Et quandoq; agunt, vel defendunt cauſas,* ante los oficiales Reales, ò juez mayor de difuntos.

171 *An Rex poſſit audire de gratia, non exiſtente gradu ſecundæ ſupplicationis, & quæ requirantur.*

172 *Cùm Rex audit de gratia, ſi fuit per ſententiam eius prouiſum, vt reſtitutio bonorum fieret, non extenditur contra tertium, in quem*

*quem fuerunt alienata.*

*173 Reſtitutio gratiæ in quo differat à reſtitutione iuſtitiæ, remiſsiue.*

*174 Recurſus ad ſuperiorem nunquã tollitur, & n. 179.*

*175 Regio reſcripto emiſſo Regali Limenſi Senatui eſt prouiſum, vt quomodocumq; proceſſus, & cauſæ ad Conſilium deferantur, partes citentur.*

*176 Tenor dicti reſcripti, & epiſtolæ Regiæ.*

*177 In omnibus Chancellarijs Indiarum ſeruandum quod Limenſi fuit reſcriptum in prædicto caſu.*

*178 Neq; per illud eſt aliquid innouatum, quod attinet ad ſecundam ſupplicationem præter quã quoad citationem faciendam partibus.*

*179 Quamuis non ſit locus appellationi, vel ſupplicationi, locum habet recurſus ad Principem.*

*180 Auctoritas ſuperioris ſemper excepta.*

*181 Per leges nouiores eſt data forma audiendi à Rege in cauſis ſecundæ ſupplicationis.*

*182 Parti quæ ſententiam habuit reuiſionis in Chancellaria eſt ius acquiſitum, ſi ex aliqua cauſa non ſit locus ſecundæ ſupplicationi.*

*183 Reuiſionum materia per Tuſchum bene explanata.*

*184 Vt Princeps aliquam litẽ reuideri mandet, requiritur cauſa ſufficiens, vel probabilis, & veroſimilis, aliàs peccat mortaliter, ſeu ei conſilium præſtantes.*

*185 Princeps ſiue Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, peccat mortaliter, quãdo ſine cauſa derogat iuri poſitiuo, maximè ſi eſt tertij præiudicium.*

*186 Princeps poteſt tollere, & mutare ea quæ ſunt iuris ciuilis per aliam ſcilicet legẽ.*

*187 Declaratur an in tertij præiudicium.*

*188 Declaratur l. 4. tit. 24. p. 3. & eius effectus, & limitatio.*

*189 Cauſæ legitimæ adducuntur notabiliter, vt reuiſionem noſter inuictiſsimus Rex poſsit cum iuſtificatione concedere.*

*190 Quando non adeſt gradus ſecundæ ſupplicationis, ſolet dari Regium reſcriptum, vt per duas, tres, vel quatuor aulas cauſa videatur in Chancellaria.*

191 *Eadem praxi vtuntur Vicerreges Piruani, & ordenare ſolent, quod lites aliquæ arduæ videantur per duas aulas Chancellariæ Limenſis.*

192 *Vigeſimus nonus caſus Curiæ eſt in cauſis Fiſcalibus, quædam verò reſeruatæ Comitibus ſacrarum largitionum, vulgo,* El Conſejo de Hazienda.

193 *In Indiarum Occidentalium Chancellarijs omnes cauſæ Fiſcales indiſtinctæ in eis peraguntur.*

194 *Trigeſimus caſus Curiæ eſt pro exigendo ſalario tabellionũ, vulgo,* eſcriuanos de Camara, y Relatores de la miſma Audiencia.

195 *Trigeſimusprimus in ſalario Aduocatorum, & Procuratorum, & in Receptoribus, cæteriſq; officialibus eiuſdem Chancellariæ, & redditur ratio.*

196 *Si ſalarium annuũ conſtitutum ſit, vel lis aliter ventilata in Chancellaria, ibi poteſt peti ſalariũ ab Aduocato in eadem.*

197 *Secus verò ſi ſalarium nõ fuerit annuum, nec lis ad Chancellariam deuoluta, nec in ea proſecuta, quia ceſſat continentia cauſæ.*

198 *Extende prædicta ad Suprema Regia Conſilia, coram quibus Aduocati operas ſuas aduocando præſtant, & in aula cauſarum criminalium.*

199 *Caſus Curiæ Reales, hoc eſt, ex natura rei, ſuper qua litigatur.*

200 *Trigeſimusſecundus eſt in feudo.*

201 *Cõmendæ Indorum qualiter dentur commendatarijs, & earum ſucceſsio.*

202 *Refertur ordinatio de Malinas, & eius declarationes.*

203 *Vbi reſeruatæ ſunt cauſæ, non eſt locus præuentioni coram alio iudice, quia fit præiudicium iuriſdictioni.*

204 *Vbi adeſt iuriſdictio priuatiua nihil operatur conſenſus partium, vt in alium iudicem prorrogatio eius fiat.*

205 *Refertur declaratio vltima ordinationis de Malinas, lata anno 1610.*

206 *Computatio mille ducatorum ad dictam ordinationem, & declarationem debet fieri,* por la taſſa, y no por crecimiento de eſpecies: *quod explicatur.*

207 Tri-

207 *Trigeſimus quartus caſus Curiæ eſt ſuper interpretatione Regij priuilegij à Rege conceſsi, qui ſolus de eius interpretatione iudicat.*

208 *Ad quæ Regia Conſilia eſt recurrendum ſuper priuilegij interpretatione.*

209 *Trigeſimusquintus notabilis caſus Curiæ Realis (ſemoto priuilegio actoris, vel potentia rei) erit, ſi cauſa ſit magni momenti.*

210 *Explicatur celebris lex 4. tit. 1. lib. 3. Recop.*

211 *Lex prædicta extenditur in ſua ſecunda parte, eiuſq; deciſio ad quamlibet Regiã Chancellariam.*

212 *Traduntur fundamenta vniformitatis, diſpoſitionis, comprehenſionis ex identitate, & rationis militantis, etiamſi ſit correctoria.*

213 *Cauſæ magnæ maiores iudices requirunt.*

214 Si el caſo fuere de grande importancia, *erit caſus Curiæ, exempla traduntur.*

215 *Quando eſt caſus Curiæ, & pro tali declaratur,* ſiendo de grande importãcia, *partes grauantur in his, quæ hîc referuntur.*

216 *Caſus trigeſimusſextus Curiæ eſt,* ſobre bienes de mayorazgos y vinculados, *& qualiter hoc eſt intelligẽdum.*

217 *Intellige ſi maioratus, & eius bona ſint qualitatis, & quantitatis magnæ*

218 *Si autem petantur bona maioratus à ſingulari poſſeſſore, qui ea detinet titulo emptionis, vel alienationis, an poſsit per caſum Curiæ peti, diſtinguitur, vt in præcedenti caſu.*

219 *Trigeſimusſeptimus caſus Curiæ erit,* ſobre vaſſallos.

220 *Trigeſimusoctauus,* ſobre fortaleza.

221 *Trigeſimusnonus,* ſobre muerte o heridas de algun Cauallero.

222 *Quadrageſimus,* ſobre la paga de tributos que ſe piden a Indios encomendados, *& qualiter.*

223 *Celus & deſiderium fauẽdi Indos procedit ex tribus cauſis hîc relatis.*

224 *Decem alij caſus Curiæ referũtur ex Andræa Gail obſeruatione 1. libr. 1. quorum plures apud nos non extant.*

225 *De cauſis pignorationum, & priuilegiorum Principis*

*Rex cognoſcit in eius Conſilio.*

226 *Vbi eſt iuriſdictio priuatiua, non habet locum Curiæ caſus.*

227 *Stylus declarandi caſum Curiæ in ciuilibus & criminalibus.*

228 *A declaratione caſus Curiæ habet locum ſupplicatio, ſi interponatur à parte conuenta.*

# TRACTATVS PRIMVS.

1 CVM Frequētes & quotidiani ſint Curiæ caſus, de quibus prima cognitio quoad litis ordinationem, & deciſionem Regijs Senatibus, & Chancellarijs competat, nōnunquam vero per auocationem, & plerumque per retentionem cauſarum: ideò operepretium exiſtimaui qui ſint caſus Curiæ ex profeſſo referre, vt practici eos collectos habeant. Quæ autem dicenda ſunt, conducunt ad explicationem legis 21. tit. 5. lib. 2. Recopil. quæ prohibet reū quēlibet in prima inſtantia conueniri in Regia Chācellaria, *Saluo ſi la cauſa fuere de caſo de Corte*, & legis ſecūdæ, tit. 2. lib. 4. quæ conſtituit ordinem proponendi actionem, & libellum in dictis Chancellarijs, & legis 8. tituli 3. d. lib. 4. quæ enumerat caſus Curiæ criminales, & lex ſequens eiuſdē tituli amplior eſt, dū inquit: *Que las nueſtras leyes de las Partidas, y de los Fueros, y Ordenamientos de nueſtros Reynos mandan, y quieren que los tales pleytos, y cauſas, y negocios, que ſon ſobre caſos de Corte, ſe traten ante Nos en las nueſtras Chancillerias en primera inſtancia*, Super cuius interpretatione, & caſuum enumeratione erit noſter ſermo: poſtea quæ primus inter noſtrates obtinens adduxit Dominus Præſes Couarruuias in practicis quæſtionibus, capit. 6. & 7. Didacus Perez, & Azeued. in dicta l. 8. & 9. lib. 4. tit. 3. Recopilation. atque alij ibidem relati, quorum infra mentionem faciemus.

Primus caſus erit à criminalibus incipiendo, ſeruato ordine le- 2
gis noſtræ quintæ, titul. 3. part. 3. *Quebrantamiento de camino, o de tregua.* Secundus *riepto de muerte ſegura*: & cùm hodie duelo- 3
rum vſus receſserit à Chriſtianis, ex Concilio Tridentino ſeſsione 25. cap. 19. quod ob magnas, & 4
pias Religionis cauſas damnauit dicta temeraria certamina, ceſſat hic caſus. Tertius eſt, *muger for-* 4

*çada.* Offert ſe nobis in explicatione huius tertij caſus, vtilis, & quotidiana, frequenſque quæſtio, quæ contingibilis eſt, an ſi mulier coacta, cui illata eſt vis, & rapta fuit, eſt nupta, poſsint de hoc crimine cognoſcere iudices ſuperiores, vel inferiores per præuentionem in prima inſtantia?
6 Itaq; vt me clariùs explicē, quod intendo reſoluere, eſt, *Si auiendo fuerça, robo, ò rapto de muger caſada, no querellandoſe el marido della deſte delito de rapto, o fuerça de adulterio, ſi podran los juezes Ordinarios, o Superiores proceder de oficio, o por denunciacion, o acuſacion de otro que no ſea el marido de la aſſi forçada, o hurtada para adulterarla.* Quæſtio quidem eſt notabilis, & quam licèt plura, & plures involverim, à nemine vidi reſolutam, nec diſputatam, eam quidē reſoluēdam ſuo proprio loco remitto, qui erit infra cap. 4. in interpretatione legis primæ, tit. 20. *de los adulteros*, infra libro 8.
7 Quartus caſus eſt in fure, ſeu latrone, publico, famoſo, & notorio, qui quidem propter criminis atrocitatem furca ſuſpendūtur, l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœnis, cum adductis à Menochio caſu 295. & à D. Ioanne Vela de delictis, cap. 12. num. 22. & ſi vnū tantùm famoſum furtum cōmiſſerint, dum tamē magnū ſit, mortis pœna condemnantur. Quod
8 autem magnum ſit, iudicis arbitrio relinquitur, vt poſt Guidonem Papæ deciſione 589. Couarru. libro 2. variarum, cap. 9. numero 7. reſoluit idem Vela vbi ſupra, num. 24. Licet contrariū ipſe teneat ſecutus contrariam communem, & poſt eum Ceuallos. In his verò qui ſunt graſſatores, hoc eſt, *ſalteadores de caminos*, qui in publicis itineribus per vim, vel cum armis graſſantur, pro minimo etiam furto ratione dictæ qualitatis aggrauantis, furca ſuſpendūtur, ex Vela dicto numero 22. poſt Cœpolam, quem allegat in authentico, ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis, numero 103. quod ne ſit occaſio errādi eſt interpretandum, & declarādum, vt benè declarat Gregor. Lop. in in l. 18. tit. 14. part. 7. gloſſ. 6. pro latronibus, qui ſemel tāntùm aggrediēdo aliquem ſpoliauerunt, vt per hoc non debeāt furca ſuſpendi, vel aliter mori. Quod eſt 9
intelligendum, quando in aggreſſione non interuenit peremptio hominis, quod iterum eſt declarandum, & ſublimitandum Gregor. Lopez dictum, vt non procedat quando fuit furtum magnū, quia tunc, etiamſi primum ſit, & etiā non illata morte, pœna mortis infligitur: & ſic iam habui de facto in quodam graſſatore, quē propter primum furtum condēnauit hoc Regium noſtrum Prætorium de Panamà ad mortem, quia fuit furtum, *Demas de cincuenta ducados*, propter dictam qualitatem, & quia antea nō fuerat, 10

rat graſſatio aliqua perpetrata, & hæc regio, & prouincia maximis periculis ſubiacet furandi, eoquòd aurum & argentum in magnis quantitatibus recipiunt AEtiopes, ſerui agaſſones illud tradituri dominis, atque ideò hoc conſideratum fuit. Nec requiritur, vt pro furando primo furto fur, vel latro occidat, ſed ſi ſufficit ſi percutiat, quia hæc qualitas aggrauat, & eſt mortis digna, vt retenta communi contraria, tenet Vela dict. cap. 12. numero 22. & ad hęc quæ diximus reducenda ſunt quæ adducit Bobadilla libro 4. Politic. cap. 5. numero 42. & poſt eum nouiſsimè & latè Petrus Caualllus in reſolution. criminal. centuria 1. caſu 18. alios plures prætereo. Itaque quoad noſtrum propoſitum per dictam legem quintam, titulo 3. part. 3. vbicunque agatur de denunciatione, accuſatione, vel inquiſitione publici latronis, habere poteſt locum caſus Curiæ, & ſic inchoari cauſa coram Regijs Chancellariæ Prætoribus, qui cauſis criminalibus terminandis in Regalibus ſubſellis aſſiſtunt, ex officio, vel ad partis petitionem in prima inſtantia ſuper hoc procedunt: & idem erit ſi furtum committatur, *de la hazienda Real, abriendo las caxas Reales.*

Quintus caſus eſt, *de hombre dado por encartado de algun Conſejo, ò por mandamiento de los juezes que han a juzgar las tierras,* 11
qui propriè bannitus eſt, cuius 12
rei praxis apud nos, & bannitorum materia frequens apud exteros raro, vel nunquam euenit in Caſtellæ, & Legionis Regnis.

Sextus dicta lege partitæ eſt, *por ſello del Rey que alguno huuieſſe falſeado*, quòd ſi hoc perpetratum fuerit falſificando Regium ſigillum in Chancellarijs,
vel Conſilio quolibet Regio, co- 13
gnitio, & punitio competit his dominis iudicibus, qui aſsident in Conſilio, vel Chancellaria, cuius ſigillum fuit falſificatum.

Septimus in fabricante fal- 14
ſam monetam, vel falſificans aurum, vel argentum Regium, hoc eſt, *la marca Real con que el oro ò plata ſe ſella, que eſtà en poder eſta marca de los oficiales Reales ante quien ſe quinta: y fecho y enterado el quinto que a ſu Mageſtad ſe deue, ſe marca la plata, o oro*: quod ſi compertum fuerit aliquem falſum ſigni, & Regiæ marcæ inſtrumentum habere, eoque vti, erit caſus Curiæ.

Octauus caſus erit, *por razon de otro gran yerro, o traycion* 15
*que quiſieſſen fazer al Rey, o al Reyno.*

16 Nonus, *por pleyto que demanda el huerfano*, de quo per Couarru. in practicis, capite ſexto, numero ſecundo, vbi concludit requiri, vt ſit patre orbatus ille, qui ratione pupillaris ætatis caſum Curiæ intendit, cuius extenſio fit ad minorem vigintiquinque annorum, quod vno verbo compendiſſe
17 reſoluit Monterroſo folio 59. dum inquit annumerando caſus Curiæ, *los menores de veynte y cinco años, aunque ſean iluſtres, que ſean huerfanos de padre, y no baſta lo vno ſin lo otro*: & Villadiego in Politica libro primo, capite primo, numero 90. quod antea prædixit Speculator titulo de inſtrument. edit. §. nunc verò, verſic. Et ſcias ſecundo, & Imola in capite ſignificantibus, de officio delegati, Rolandus à Valle conſilio 76. numero 39. vbi alios refert.
18 Ex qua reſolutione animaduertendum, errare eos, qui in quibuſcunque caſibus admittunt minores, qui per caſum Curiæ, vt actores non diſtinguentes, neque aduertentes, hoc non procedere, ſi patrem viuum habeant: nam licèt pupilli, & minores ſint, non gaudent foro Curiæ, ex Couarruuia, & Monterroſo vbi ſupra. Si tamen pupillus, vel minor vigintiquinque annis contra patrem ſuum litigaſſet, tunc ex ratione ceſſantis cauſæ, & defenſionis, cuius cura in filio pupillo, vel minori eſt, erga eius patrem 19
crederem locum habere caſum Curiæ, & hoc caſu admitti poſſe, quia pupillus, & minor in ætate ſupradicta conſtituti carerent prædicta defenſione, & paterna protectione: nam ius prouidet in ſimilibus caſibus remedio æquiualenti, argumento in §. finali, inſtituta de curatoribus. Et quando tutor litigat cum minori, alius prouidetur curator ad cauſam pupilli agendam, vel defendendam, pari modo ſi litigat contra patrem, dabitur caſus Curiæ: extenditur 20
hic caſus ad pupillum, vel minorem patre orbatum, tametſi diues ſit, ex adductis à Couarru. dicto capite ſexto, numero ſecun do, & poſt eum optime ab Andr. Gail libro 1. practicarum obſeruationum numero 39. ex doctrina Panormitani in capite ſignificantibus, numero ſexto de officio delegati, vbi diſtinguit inter miſerabiles perſonas, quòd quædam ſunt miſerabiles habitu, ſed non actu, vt viduæ & pupilli diuites: quædam verò 21
habitu, & actu, vt viduæ & pupilli pauperes, & huiuſmodi perſonæ, & pauperes, & miſerabiles ſolent communiter premi; & ideò Regi omnium maximè conuenit eas contra omnem iniuriam & moleſtiam tueri:

eſt

eſt textus ordinarius, quem adducit Abbas & Gail dicto numero 39. capite primo obſeruationum in capite Regum, & in capite adminiſtratores 23. quæſtione quinta, ibique adducit quæſtionem, an huic foro renunciari poſsit, quod infra dicemus numero Excluditur à caſu Curiæ, & eius priuilegio
22 minor vigintiquinque annis; maior autem viginti, vel fœmina maior decem & octo annis, ſi impetrauerint ætatis veniam, quia maiores ſunt in omnibus, & per omnia, præter quam quod immobilia alienare non poſſunt, quare illis denegatur reſtitutio, vt reſoluit Boerius deciſione 350. numero quinto, Caldas Pereira de reſtitutione,
23 verbo, implorare, numero 47. Quare nimirum ſi denegetur aditus ad caſum Curiæ, tum etiam quia per extenſionem hoc priuilegium ex ſententia Doctorum, quos citaui, & communi praxi cuiuſlibet Regij Senatus, competit minori vigintiquinque annis patre orbato, quia ſua tueri non poteſt: quod ceſſat in eo, qui tametſi minor ſit rebus ſuis adminiſtrandis, ex Principis reſcripto & gratia habilis fuit effectus, & reputatus maior, denegata ei reſtitutione, qua ſi careat, debet etiam non vti caſu Curiæ competenti *al menor y huerfano.*

Extenditur priuilegium prædictum ad cauſam communem 24
cum pupillo & vidua, ſeu Eccleſia, vt poſsint in cauſa communi alij, qui dicto priuilegio non gaudent, illo vti ex vi communitatis cauſæ: quod intellige, ſi indiuidua ſit, vt in ſeruitute, patronatu, & cæteris rebus incorporalibus, quæ diuiſionem non recipiunt. Secus verò in diuiduis, & in quantitate debita, in hereditatis petitione, in qualibet alia reivendicatione, in vſufructu, & alijs ſimilibus caſibus diuiduis, ſic reſoluit Gregorius Lopez ita intelligendus, & declarandus in dicta l. quinta, titulo tertio, part. tertia, gloſſa 4. & poſt eum Villadiego ſine diſtinctione prædicta locutus dicto capit. primo ſuæ Politicæ, numero 90. dum inquit: *Y en caſo que el vno ſolo ſea priuilegiado, tambien goza el que no lo es del priuilegio del que lo es, por ſer la cauſa indiuidua*: aut enim voluit dicere, *ſiendo la cauſa indiuidua*: aut eſt intelligendus cum dicta diſtinctione Gregorij Lopez, quem in margine citat. Obſtat tamen his quæ diximus non parua difficultas, ex eo quod cum ſit vnum, idemque ius eorum, qui ex eodem principio, & iuſtitia pendet, quando eſt cauſa commuis, eſt notabile inconueniens, vt cum vna parte (tametſi ipſa cauſa

diuidua ſit ) determinetur à Do-
minis de Conſilio , vel Chan-
cellaria , & cum alia à iudice
inferiori , & diuerſæ ſententiæ
ſuper vno , eodemque facto, &
iure pronuncientur , & vna ea-
demque res diuerſo modo for-
25 ſan , vel intelligatur , vel dif-
finiatur ſub diuerſis iudicibus,
& ita continentia cauſæ diui-
datur , & eius contextura. Qua-
re omiſsis prædictis , & reiecta
diſtinctione quam facit gloſſa
quarta in dicta l. quinta , titu-
lo tertio , part. tertia , ſic eſt
reſoluendum , etiam ſi cauſa di-
uidua ſit.

Imprimis poſt tradita per
Doctores in cap. final. per tex-
tum ibi de reſcriptis , & in l.
prima , ff. de quibus rebus ad
eundem iudicem eatur , vbi plu-
ra gloſſa in verbo , eundem iu-
dicem , textus in l. nulli , C. de
iudicijs , & ibi communiter Do
ctores , & in capite ex tenore,
& ibi elegans gloſſa , in verbo,
negotio de reſcriptis , cum his
quæ vtiliter & compendioſè ad-
duxit Parladorus libro ſecundo
rerum quotidianarum , capite
nono , ex numero ſecundo, poſt
Afflictum deciſione 354. nume-
ro 13. vbi Cæſar Vrſilius , eſt
tenendum, quòd ſi plures ſint li-
tis conſortes , quorum vnus tan-
tùm immediatè , reliqui verò
mediatè habent caſum Curiæ,
omnes in Regio Senatu , ſeu
Chancellaria forum in prima
inſtantia ſortiuntur , ne conti-
nentia cauſæ diuidatur. Hæc eſt
praxis Cameræ Imperialis, quam
adducit Andr. Gail libro 1. ob-
ſeruationum , obſeruatione 32.
numero ſecundo , aplicando il-
lud quod ibi dicit de Imperio,
& eius Camera Imperiali ad
Regna hæc , & eius Chancel-
larias, & Regios ſupremos Se-
natus , eamque obſeruatam a-
pud nos vidi , vt cùm vnus ex
conſortibus actiuè , hoc eſt, *ſien-*
*do actor*, habeat caſum Curiæ, 26
& eius participatione , omnes
alij vtuntur eodem foro , & pri
uilegio. Quod ipſe iterum com-
probo : nam magis dignum tra-
hit ad ſe minus dignum , vt
eſt vulgare , & aliqua poſſum
habere ab alio, quæ à me ipſo
non, leg. Ariſto , vbi aliæ con-
ſonantes , ff. qui potiores in 27
pignore habeantur, Vrſilius ad
effectum , deciſione 350. nume-
ro quarto : & ex duobus ſocijs, 28
qui incapax eſt ad legatum ac-
quirendum , vel hæreditatem
propter capacitatem alterius,
etiam in re diuidua capit in con-
ſequentiam, ex textu celebri in 29
l. ſi is qui duos reos , ff. de li-
beratione legata , cuius argu-
mentum magnopere ad no-
ſtrum hoc propoſitum condu-
cit. Rurſus etiam , quia domi- 30
nus Rex eſt fons omnium iuriſ-
dictionum , vt adducit & reſol-
uit

uit Auend. de exequen. mandat. cap. 1. num. 2. lib 1. eamque ſuperiorem, & ſupremam, quæ ſibi competit, exercet in Chancellarijs, & Senatibus per ſuos Auditores, & Senatores, eo adhibito moderamine, vt vnuſquiſque in prima inſtantia apud ſuum iudicem, & domicilium conueniatur, niſi in caſibus Curiæ exceptis in dicta l. quinta, titulo tertio, part. 3. & in l. octaua, titulo tertio, libro 4. Recopilationis, & in l. 21. titulo ſecundo, libro quinto, ibi: *Saluo ſi la cauſa fuere de caſo de Corte*, quod intelligendum venit in eo, qui habet caſum Curiæ ex ſe ipſo, vel in alio qui eo vti, & potiri poteſt, ex vi communitatis qui illum habilitat, & participem dicti priuilegij facit, vt eſt in argumentum d. l. ſi is qui duos reos, ff. de liberatione legata, quam nos inducimus, & allegamus. Ex quibus firmata manet prædicta concluſio, caſum, ſcilicèt, Curiæ extendi ad omnes conſortes cauſæ, ſiue indiuidua vel diuidua ſit, & in terminis ita reſoluit Tuſchus ſub litera C. ſecundo tomo, concluſione 975. numero ſeptimo, vbi inquit: Quòd ſi plures ſunt rei ex eadem cauſa & obligatione, vnicà ſententià debent omnes terminari, quia continentes dicuntur cauſæ, & valet appellatio, ſi vnus ſolus conuenitur coram vno, alius coram alio iudice, & ius appellari poteſt, allegat Ioannem de Imola conſ. 44. in fin.

31 Declarãtur prædicta volentibus litis conſortibus, carentibus dicto priuilegio fori Curiæ, vti eo propter participationem, & identitatem cauſæ cum priuilegiato, quia ſi nolunt, cùm ſint actores, non compelluntur ex vulgari axiomate beneficium, ſcilicèt, non conferri in inuitum, & ſi ipſe minor ex perſona ſua, vel vidua valent non vti dicto priuilegio, intentando actionem in prima inſtantia coram iudice ordinario, & non in Curia poſſent & ſic virtualiter ei renunciare, multò fortiùs qui non habent prædictam prærrogatiuam ex ſe ipſis: & hæc quæ diximus procedunt in caſibus Curiæ, quando ſunt litigantes actores, ne repugnet regul. text. in cap. quod fauore de regulis iuris lib. 6. vt tamen cum maiori claritate procedamus, omiſsis his quæ adducit Parlador. dict. cap. 9. lib. 2. quæ quidem attinẽt ad actorum accumulationem poſt cœptas cauſas. Nos autẽ agimus de actionibus propoſitis accumulandis, & declinatoriæ propoſitione, & eius valida exceptione, & quando obſtat dicta exceptio, ne continen- 32 tia cauſæ diuidatur, vt caſus Curiæ incipiat, terminetur, & finiatur coram ea.

33 Primus itaque caſus eſt ratione

ne plurium perſonarum, quando videlicet eiuſdem cauſæ plures ſunt rei ſub diuerſis iuriſdictionibus, & ad eundem finem agitur, veluti ſi plures ſunt ſocij, vel fratres ſub diuerſis iuriſdictionibus domicilium habentes, & inter eos contentio ſit de communi hæreditate adhuc indiuiſa: quo caſu non coram diuerſis, ſed omnium ſuperiore iudice conueniendi ſunt coram Rege in Regia, ſcilicèt, eius Chancellaria, de qua quidem continentia loquitur titulus, ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, & obtinet non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cauſis, Baldus in capite primo de controuerſia feudi apud part. termin. Iaſo. in l. nulli, numero tertio, C. de iudicijs, Andr. Gail. dicto capite 32. libro primo obſeruationum, numero quarto. Cuius dictum ad noſtrum intentum applicatur, quando vnus ex conſortibus caſum Curiæ habet, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis, vt in propoſito omnes concurrant in Curia, ne cauſæ continentia diuidatur, adducit Tuſchus dicta concluſione 975. numero ſeptimo, ſub litera C. quæquidem obtinent, ſiue conſortes litis, ſiue vel partem rei, vel hæreditatis habentes ſint actores, vel rei: & eſt limitatio ad regulam quod actor ſequatur forum rei contra iura expreſſa, ſcilicèt, legem final. C. vbi in rem actio. & in l. in criminali, C. de iuriſdictione omnium iudicum, & in l. 3. C. vbi cauſa ſtatus agi debet.

Secunda cauſæ continentia eſt ratione generalis actionis, 34 quando diuerſæ res, vel cauſæ, continentur omnes ſub vna actione generali, putà ſub actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum, de qua loquitur Iaſon. in dicta l. nulli, poſt gloſſam tertiam: item ſi res litigioſæ ſub diuerſis iuriſdictionibus, & in diuerſis locis ſitæ ſint, & vna actione petantur, ita Andreas Gail dicta obſeruatione 32. numero quinto, & numero ſexto, adducit tertiam continentiam cauſæ, & eius diuiſionem, quæ ex inſtantiæ mutatione inducitur, vt ſolus coram vno iudice pendeat, non debet quis ad alium iudicem vocari, vt ex vulgata l. vbi cœptum, ff. de iudicijs, & alijs ordinarijs allegationibus comprobat: & incurritur pœna amiſſionis cauſæ, ſi coram diuerſis iudicibus quis petat in duobus caſibus; primus fauore libertatis, l. prima in fine, C. de aſſertione tollenda: alius fauore militum, l. tàm collatores, §. finali, C. de re militari, libro 12. 35
Ad hanc continentiam, & eius prohibitam diuiſionem expectat litis præuentio: nam lite coram vno iudice præuento penden-

dente non poteſt coram alio iudice concurrentem,& æqualem iuriſdictionem habente conueniri, ex text.in capite cum plures de officio delegati, libro ſexto.

36 Quarta autem continentia, cuius diuiſio prohibetur,eſt iudiciorum, quando ſcilicet duo iudicia ad eandem rem competunt, licèt diuerſis vijs, vt eſt poſſeſſorium,& petitorium: iſta quidem iudicia diuidi non debent, & coram vno iudice poſſeſſorium, coram alio petitorium intentari, textus in capite primo de cauſa poſſeſsionis & proprietatis,dicta l. nulli, C. de iudicijs, cum vulgaribus. Ratio autem rationis eſt, ob quam iſtæ cauſæ continentes ſunt ad ean-
37 dem rem competentes: nam finis poſſeſſorij eſt principium petitorij,Baldus eleganter in l. 1. numero ſecundo, ff. vti poſſidetis, Gail dicta obſeruatione 32. numero 11. quia cognitio vnius affert intelligentiam alterius. Limitatur verò hæc quartæ continentiæ impedita diuiſio, vt non procedat,ſi diuerſi proceſſus facti ſunt parte non opponēte, Innocentius in cap.cùm M. Ferrarienſis,numero 10. circa finem de conſtitut.Felin.in dicto cap. cap.1. de cauſa poſſeſsionis &
38 propietatis. Itaque hæ exceptiones mutationis,vel diuiſionis iudicij,ſeu continentia cauſarum, ante litis cōteſtationem opponi debent, & oppoſitæ litis ingreſſum impediunt,textus in capite inter monaſterium de re iudicat. Secus ſi nō opponantur,quia proceſſus valet, vt ex Baldo in d.l. nulli,numero tertio, Alexandro numero 4. Iaſo. n. 6. & ex alijs docet Gail. dicta obſeruatione 32.num.13.

Ne forſan inſurgat aliquis, 39
declara primò,prædicta non procedere data in capacitate fori in poſſeſſorio,& petitorio, vt iam vidi,& ſæpe habui conſulere,per textum in cap.finali de iudicijs, cuius deciſionem extende, non ſolùm prædicto caſu,ſed in alio quolibet,in quo ſubſiſtat diuerſitas,& incapacitas fori,de qua in dicto cap. finali, ſecundum eius verum intellectum.Secundò declara & limita præcedencia de non diuidenda continentia cauſæ, vt non procedat in cauſis & litibus executiuis, quia etiam 40
pendente lite, & ea cœpta coram vno iudice,poteſt coram alio intentari,non obſtante exceptione litiſpendentiæ, quod ſub dubio tenuit Iaſ.in dict. l. nulli, numero 8.ſed deciſiue idem Iaſ. conſilio 28.numero 3.libro 2. tenet in executiuis non habere locum dictam regulam, ne continentia cauſæ diuidatur, quam communem opinionem firmat Thuſc.concluſ. 976. num.4. ex Bonacoſa lib.1.cōmun.fol.439.

& Caſtrenſi conſilio 87. libro primo, numero 3. ex noſtratibus ita tenet Paz in praxi 4. part. capite ſecundo, numero quarto, licèt contrarium teneat Parladorus cap. finali, 5. part. §.11. numero 21. vtrumque refert Ioannes de Euia ſecunda part. §. 1. Curiæ, numero 3. eos & alios Amador Rodriguez de via executiua, capite ſexto, ex numero 19. Opinio autem Gundiſalui Suarez de Paz eſt vera, praxique obſeruatam ſemper vidi.
41 Quæ quidem reſolutio venit declaranda, & ſublimitanda, vt licèt non obſtante exceptione litiſpendentiæ, poſsit cauſa eadem executiua cœpta coram vno iudice, coram alio intentari, quouſque ſolutio fiat: non tamen permittitur, vt ambas eaſdem cauſas ſub diuerſis iudicibus vno eodem tempore actor proſequatur: quia inconueniens eſt, tùm propter diuerſitatem quæ eſſe poſſet in ſententijs: tum etiam, quia duo ſpecialia in vno caſu concurrere non poſſunt, ex l. prima, C. de dotis promiſsione, eſſetque ſi omiſſa prima lite executiua, alia coram alio iudice inchoaretur ſuper eadem re, & quantitate, quod permittitur ob fauorem breuioris ſolutionis.
42 Altera eſſet ſpecialitas, ſi vtriuſque cauſæ primæ & ſecundæ proſecutio, coram diuerſis iudicibus admitteretur, quod non eſt permittendum, quia ex eo prouenirent plura inconuenientia, & dubium concurſus de duabus ſolutionibus, de vna eademque quantitate contra bonam fidem prohibentem bis exigere, & diuerſæ forſan ſententiæ latæ à duobus iudicibus de eadem re eodem tempore, quod eſt notandum. Cùm verò in vna parte bona non ſubeſſent, vel eſſet aliud impedimentum, tunc in alia incipere poteſt actor cauſam executiuam quouſque ſibi ſolutio fiat, etſi non fit, ad alium iudicem, & alia bona de nouo recurrere cum exhibitione teſtimonij de bonis incertis, vel de ſolutione non facta, vel integrè non recepta: quod adnota, quia quotidianum, & à noſtris Regnicolis, quos viderim, non tactum. Praxis autem erit pro iunioribus, 43
*que ſi el acreedor tiene eſcritura publica, executoria, confeſſion, ò conocimiento reconocido, ſentencia arbitraria, ò parecer de terceros confirmado, auiendo por virtud de qualquiera de las dichas coſas, pedido mandamiento de execucion, y fechoſe, y trauadoſe ante vn juez ordinario, podria vſar haſta ſer pagado de la miſma eſcritura ante otro juez que lo ſea competente, para pedir ante el execucion conforme a la diſtincion de caſos, y fueros*

*fueros executiuos que declara la* ley final,tit.21.lib.4. Recopilat. *que es la que llaman la pragmatica de las ſumiſsiones.*

*Empero lo dicho ſe ha de entender ſacando la eſcritura original del primer proceſſo executiuo,quedando en el vn tanto della autorizado, ò ſi tiene clauſula de poder ſacar traslados, como ſe vſa en las Indias, en virtud de la vna pedir ante vn juez, y por el otro traslado ante otro que lo ſea competente, conforme a la dicha ley. De manera que el inſtrumento ò recaudo que ſe preſentare ante el ſegundo juez, ha de ſer executiuo de por ſi.*

*Lo ſegundo ſe aduierte, que, como eſtà reſuelto, no ſe puede a vn miſmo tiempo ante diuerſos juezes ſeguir vna miſma cauſa executiua, ſino que dexado el primero, ſe ha de ſeguir ante el ſegundo, y ſi no parecieren bienes, y no huuiere orden de cobrar en todo la deuda, o alguna parte que falte, con teſtimonio dello, ſe puede recudir y proſeguir, continuando la primera cauſa:* argumento textus in l. à Diuo Pio, §. ſed & illud, ff. de re iudicata, ibi: Sed illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pignore, illud dimitti debere, & capi aliud ſi quod eſt ſine controuerſia; & quod ibi inquit textus de controuerſia pignoris intelligatur etiam de dubio exactionis. *Lo dicho ſe ha de declarar y entender que no procede quando el primer juez ante quien de ſu principio la execucion ſe pidio, da requiſitoria para que ſe haga mejora en bienes de otra juriſdicion, que pertenezcan al deudor: porque por eſta mejora los pregones ſe han de dar a los bienes en el lugar de la juriſdicion donde eſtuuieren, y deſpues boluerſe a embiar al juez requirente, para que haga el remate, no auiendo legitima opoſicion del deudor por excepcion prouada que lo impida: ſaluo ſi la requiſitoria fue para que el juez requerido mande dar los pregones, cite de remate al deudor, y de en la cauſa ſentencia, como ſe acoſtumbra en partes longinquas: pero entonces ſe ha de lleuar la eſcritura original, conforme a la mejor y mas verdadera practica, para que el deudor executado, viendola, pueda ſer oydo y defendido: lo qual no ſeria, ſi por ſolo el teſtimonio que eſtuuiere inſerto en la requiſitoria, fueſſe compelido à pagar, aunque en eſto de traerſe la eſcritura original, ha auido y puede auer diferentes practicas. Y quando la requiſitoria fueſſe para poder llegar a ſentencia, y hazer pago, procederà lo que tengo dicho, que no podrà ſeguirſe la cauſa ante dos juezes a vn miſmo tiempo, por la multiplicacion que puede auer de pagas, coſtas y daños en venta de bienes: y lo q̃ peor es, diuerſidad de ſentẽcias en vna miſma coſa.* Quod iura abhorrent, ex l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſse, & nullitas quæ cauſatur ex diuerſitate, vel contrarietate duplicis, diuerſæque ſententiæ diffinitiuæ latæ à iudicibus diuerſis ordinarijs, coæqualibus ſuper eadem re, diuerſo loco, tempore, & proceſſu diſtincto, & ſic manet declaratus articulus quotidianus, & frequentiſſimus

ſimus dubius propter diuerſitatẽ opinionum Doctorum indiſtinctè loquentium.

44 Decimus Curiæ caſus eſt, *ò home pobre*, ex dict. l. 5. tit. 3. p. 3. vbi Gregor. gloſ. 5. ex locis Sacræ Scripturæ admonet, & comprobat quanta cura ſit de pauperibus, & eorum cauſis tenenda, & quòd vox eorum acclamat corã

45 Deo. Quis autem pauper dicatur, omiſſa reſolutione Didaci Couar. cap. 7. practicar. quæſtionũ, num. 3. eſt tenendum arbitrio dominorum de Conſilio, vel Chancellaria relinqui, & quis dicatur pauper attenta qualitate regio-

46 nis, & prouinciæ, vbi habitat, & quantitate bonorum quæ ibi poſſidet; nam in quibuſdam partibus diues, & non pauper erit, qui in alijs eãdem pecuniæ quantitatẽ poſſidens pauper exiſtimabitur, quod obtinet in his Indiarũ Regnis. Itaque arbitrarium erit, vt ex Menochij reſolutione colligitur de arbitrarijs iudicum, caſu 65. num. 7. vbi quamplures auctores hoc idem tenentes citat, & num. 8. nobilem iuxta ſuam conditionem pauperem iudicamus, etiãſi in bonis mille habeat: & è contra diuitem credimus ruſticum, qui centum habeat: inops autem minus habet quàm pauper, vt Doctores, quos Menochius citat, cõcludunt; Decius præcipuè in authentica præterea, C. vnde vir & vxor, num. 16. verſ. Sed poteſt ſaluari, Afflict. deciſ. 179. Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 14. ff. ſoluto matrimonio.

Sed eſt quæſtio vtilis, & quotidiana, an ille qui non habet vnde 47
ſe alat, niſi alimenta quæ ei fuerint aſsignata, poſsit dici pauper ad effectum caſum Curiæ obtinẽdi in ſuis litibus. Cui reſpondetur negatiuè, vt concludit Petrus Surdus de alimentis, tit. 7. quæſt. 37. num. 7. Pauperem illum non dici, qui habet à quo alimenta petere poſsit: ſi igitur hæc ſubſidiaria actio excludit nomen paupertatis, multo fortiùs qui aſſecutus eſt alimenta ei aſsignata pauper dici non poteſt.

Quodquidem pia & benigna interpretatione accipiendum eſt, vt declaretur non procedere, quando pecunia ad alimenta aſſignata adeò tenuis ſit, & in parua quantitate, vt adhuc alimentatus ſit in ſumma egeſtate, per textum, & eius expreſſam rationem in l. ſiquis à liberis, §. item reſcriptum, ff. de liber. agnoſcen. cuius verba ſunt: Item reſcriptũ eſt hæredes filij ad ea præſtanda quæ viuus filius ex offitio pietatis ſuæ dabat inuitos cogi non oportere, niſi in ſummam egeſtatem pater deductus ſit, & ibi Cordoua de Lara ex num. 11. diſputat, & reſoluit, quando monaſterium teneatur alere filios monachi. Circa quæ cùm ad propoſitũ
noſtrum non attingant, non inſiſto: hoc enim ſolùm ex hoc textu 48
percipiens, illum, qui alimenta

reci-

recipit, nõ eſt dicẽdum eſſe pauperem ſimpliciter, niſi conſtitutus ſit in ſumma egeſtate, quoquidem caſu continuatur obligatio alimenta dandi ab hærede defuncti: ſi autem ſit conſtitutus in ſumma egeſtate alimentarius, vel ex eo quòd alimenta ſint tenua, vel quòd plures filios, & vxorem habeat, quibus alimenta non ſufficiant, pauper eſt iudicãdus alimentatus, ſi alium de bona non habeat, & ſic conſtitutus in pauperie caſum Curiæ ex capite paupertatis habere poterit, aliàs non, ex his quæ ex dicto textu, & opinione Petri Surdi de alimentis dicto titulo 7. quæſt. 37. numero 7. adduximus, qui licèt alleget Bartolum in dict. §. item reſcriptum, non legit illum Bartolus, nequicquã dixit in lectura totius legis ſupradictæ, ſiquis à liberis, cũ ſuis §§. ex his, atque illum allegat Surdus prædicto numero 7. textus verò in dict. §. item reſcriptum, probat intentum Surdi, & eius reſolutionem, nec valet allegatio, quæ cotidiana eſt Aduocatis, *y para intentar caſo de Corte*
49 *por pobre, lo fundan en que viue de alimentos*, quia hoc non ſufficit, *ſino es que ſe prueue ſumariamente, y en la manera que reſuelue* Couar. cap. 8. practicarum. num. *q̃ es pobre, porque aunque ſe le dan alimentos, no tiene otros bienes, y los que ſe le han ſeñalado ſon en tan poca cantidad, que no baſtan para poder ſuſtentarſe a ſu muger y hijos, ſi los tiene, y aſsi eſtá en miſerable eſtado*, vt ſtatim dicemus.

Vndecimus Curiæ caſus ex d. l. 5. tit. 3. p. 3. eſt, *o muy cuytado*, 50
qui deducitur ex l. 1. C. quando Imperator inter pupillos & viduas, ibi: Si pupilli vel viduæ aliquæ fortunæ iniuriæ miſerabiles iudiciũ noſtræ ſerenitatis optauerint, præſertim cũ alicuius potẽtiã perhorreſcũt, cogantur eorũ aduerſarijs examini noſtro, ſeu copiã facere, cui concors eſt l. 20. tit. 23. p. 3. & eſt ſpeciale in cauſis pupillorũ, viduarũ, & miſerabiliũ perſonarũ, vt poſsint relicto iudice ordinario huiuſmodi perſonæ adire Principẽ, vel eius ſenatũ, qui eũ repræſentat, Bart. in l. AEmilius, in fi. ff. de minorib. & probatur in d. l. vnica, C. quãdo Imperator inter pupillos & viduas, quia vt dicit ibi Bald. Princeps eſt mediatus protector huiuſmodi miſerabilium perſonarũ. Sub hoc tamẽ verb. *ò* 51
*ome cuitado*, cõprehẽdũtur ſequẽtes, ſenes decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi, de quibus natura mouetur ad miſerẽdũ, ex ratione d. l. 2 tit. 23. p. 3. Afflict. deciſ. 257. n. 1. & hoc per textum in dict. l. vnica, reſoluit Rolan. à Valle, conſil. 76. libr. 1. num. 44. Andreas Gail obſeruat. 1. lib. 1. n. 39. nec exempla arctant regulam circa has cauſas miſerabilium perſonarum, & quæ dicantur. Etenim 52
C iudi-

53 iudicio meo ille dicetur miſerabilis, qui omnibus eius bonis, ſiue maioratu, per ſententiã fuit priuatus, & reſtituere coactus, ex d. l. 20. ibi: *q̃ sõ muy deſcaìdos del eſtado en q̃ ſoliã ſer*. 54 Itẽ cui aliquod incẽdiũ, vel naufragiũ ſuperuenit, ex quo perdiderit omnia bona ſua, vel maiorẽ partẽ eorũ, quia ij omnes, & eis ſimiles, ſunt, de quibus natura ipſa mouetur ad miſerẽdũ, vt ex Afflict. Roland. & Andræa Gail prædiximus.

55 Denique omnes comprehenſi in titulo, ff. de curatore furioſo, prodigo, vel alijs extra minores dando, & in eius rubro, & nigro, & inter cæteros apud nos ego cõnumero quẽlibet Indũ, ſiue diues 56 ſit, ſiue pauper, qui omnes ex cõmuni praxi, & ſtylo Regij Senatus Limẽſis habẽt caſum Curiæ, quia ſui mentis cõpotes nõ ſolẽt eſſe, & pro minoribus reputãtur, ſuntq́; eorũ cauſæ cõtẽtę in d. rubric. ff. de curat. furio. Et miſera- 57 bilis dicitur, qui proprias cauſas adminiſtrare non poteſt, vt eſt text. in l. 1. in fin. ff. de poſtulan. Rolan. vbi ſup. n. 47. dict. conſil. 76. lib. 1. & poſt eũ, & Matth. de Afflict. cõpendioſè Tuſch. concluſ. 273. ſub lit. M. vbi refert pupillos, viduas, ſenes: decrepiti, & diuturno morbo fatigati dicuntur miſerabiles, & omnes alij, vt prædiximus, quibus natura com- 58 mouetur ad miſerendũ. Item peregrini, orphani, puellæ nobiles, qui ſecũdũ cõditionẽ viuere nequeũt, publicè pœnitẽtes, liberti Eccleſiæ, manumiſsi, infantes expoſiti, cæci, mutilati mẽbris, leproſi, carcerati, vt ex Rebuf. ad ordinationes Franciæ, tit. de ſententijs prouiſionalibus, art. 3. glo. fin. in principio, adducit Tuſch. vbi ſup. conclu. 273. num. 1. & 2. & num. 3. enumerat mercatores quando ſunt in itineribus, ſunt 59 miſerabiles perſonæ, ideò eis fauẽdũ, ex Alex. conſ. 130. ſuper eo in fin. lib. 7. Pro quibus eſt notabilis lex 47. tit. 2. p. 3. vt contra eos excludantur *malicioſas demandas, y no ſe eſpere a ſu partida*, quod quotidie habemus in praxi.

Deinde Æthiopes, qui litigant 60 apud nos, *los morenos, ò negros nacidos en Guinea, ò en eſte Reyno, y los mulatos y mulatas, eſclauos, ò horros, tendran caſo de Corte por miſerables, y que temen litigar con Eſpañoles, y tener contienda con ellos, en particular ſi aquellos a quien conuienen y demandan ſon poderoſos, ò que no lo ſean*: & ita procedit ratio textus in dicta l. vnica, in illis verbis: Præſertim cùm alicuius potentiam perhorreſcant, cogantur eorum aduerſarij examini noſtro ſui copiam facere, cùm ſuperiùs adductis: & quia vt in plurimum ſunt pauperes, liberti, vel libertini. Si autem ex ſupra dictis AEthio 61 pibus, vel eorum filijs Hiſpanorum, & AEthiopum diuites eſſent, & bona, vel domum, prout etiam ſæpè accidit, haberent, & ſic

ſic ceſſat ratio miſerationis,percõſequens ceſſabit priuilegium caſus Curiæ.

62 Ex quibus deducitur duodecimus caſus Curiæ, ſcilicet, in cauſa libertatis, quam intenderit in poſſeſsione ſeruitutis conſtitutus, vel ſi ſit reus in poſſeſſione libertatis poteſt petere, vt inSenatu Regio intentetur,& ad eum remittatur,quia eſt,& reputatur cauſa libertatis, & habetur vt pia.

Et ex prædicta ratione miſerationis, quia miſerabilis ille qui ex ſeruitute ad libertatem proclamat, vel cùm ſit pro libero exiſtimatus,ad ſeruitutem redigi petatur, erit quælibet cauſa libertatis Curiæ,ſiue agendo, ſiue defendendo ex parte proclamantis ad libertatem,vel proclamati ad ſeruitutem.

63 Decimus tertius caſus Curiæ quotidianus erit in cauſis, & litibus viduarum,dict.l.vnica, C. quando Imperator,ex prædicta l.20.titulo 23.part.3. ibi: *Viudas, o huerfanos ſi huuieren alçadas, ò otros pleytos porque ayan de venir a la Corte del Rey*: & quia ſignanter & benè Dominus Præſes Couarruuias de hoc agit, cap.8.practicarum,eſt ad eum recurrendum, & ad Rolandum dict.conſil.76.lib.1.ex num.39. Andream Gail dicta obſeruatione 1.libro 1. numero 39. & 40. Azeued. in l.8.& 9.titulo 3. libro 4.Recop.ex num.7.Monterroſo tract.5.de *Chancillerias*,fol. 59.numero 11.Ceſſatque ex cõmuni & forenſi praxi opinio eorum, quos refert Roland. dict. conſ.76.ex numero 44. tenentium,priuilegium fori Curiæ locum non habere in vidua diuite, quia quantumuis diues ſit forum Curiæ in prima inſtantia ſortitur,ex ratione dict.l.20. tit. 23. p.3.& adductis à Couar. vbi ſuprà,& meliùs à Rolando, qui ſic concludit dict.conſil.76.in fine, & præ cæteris Gail dicta obſeruatione 1.numero 40. vbi adducit viduas,& pupillos diuites eſſe miſerabiles habitu,licèt, non actu;pauperes verò, & habitu, & actu,& ſic competit eis quòd ſolo habitu ſunt Curiæ caſus, vt iam in pupillo reſoluimus ſuprà num.

Si verò lis cœpta & conteſtata ſit coram Iudice ordinario, 64
non habet locum Curiæ caſus quoad primam inſtantiam, nec pœnitentia admittitur, vt poſt Couar.adducit Azeued.in d.l.8. tit.3.lib.4.n.5.& 6.Ratio autem rationis eſt,quia in iudicijs quaſi contrahitur,& per conteſtationem tranſiuit iudicium ad contractum quoad eius proſecutionem,in ordinatione, & diffinitione cauſæ,ex vulgata l.3.§.idẽ ſcribit, ff.de peculio,& num. 7. Ipſe idem Azeued. reſoluit locum non habere caſum Curiæ contra aliam viduam,vel æqualiter priuilegiatum, & quando

prouiſio fit,& datur viduæ, & alijs, Curiæ caſum habentibus, quę vulgo dicitur, *la ordinaria del fuero*, vt retulit compendioſè author practicus libri, qui inſcribitur de Monterroſo, vbi inquit: Viduæ quæ elegit forum Curiæ, ſiue agendo, ſiue excipiendo, dari prouiſionem, *por la qual ſe inhibe a todos los juezes inferiores a las ſupremas Audiencias, aunque ſean Alcaldes de Corte, y Chancillerias, entre-*
66 *tanto fuere viuda, y viuiere honeſtamente, excepto en ſeis caſos, y cauſas, conuiene a ſaber en cauſa criminal, o marauedis pertenecientes al Rey, ò ſobre execucion de carta executoria, ò contrato guarentigio, que trae aparejada execucion, ò ſi conteſta la demanda ante el Iuez inferior, ſin declinar juridicion, ò de diez mil marauedis abaxo, ò con perſona que tenga igual priuilegio que la tal viuda, y han de ir exceptados eſtos ſeis caſos en la dicha ordinaria.*

Non verò vt authoris cuius dicta præfata ſonant, ſed vt docti, ac grauis Senatoris Pinciani ſunt accipienda, ideò vnumquẽque de dictis ſex caſibus declarabimus: præmittendũ tamẽ eſt huius ordinarię fori ſolere, & eſſe quotidianũ fieri prouiſionem, præſtarique non ſolũ viduis, ſed pupillis, & minoribus, orphanis, miſerabilibusq; perſonis, additis addẽdis, & detractis detrahẽ-
67 dis. Secũdò, permittendũ ſub viduæ nomine, etiã quoad dictum Curiæ forum admitti mulieres, quæ habẽt maritos inutiles, vel lõga abſentia impeditos, ſeu ad 68
trirremes, vel ad exiliũ condemnatos, ex doctrina Fel. in c. ſignificãtibus, n. 8. de offic. delegat. Couar. in pract. c. 7. n. 4. reſoluit Gail. d. obſeruat. 1. n. 44. etenim propter naturalẽ cõmiſerationẽ dignæ ſunt, ob fortunæ, ſeu calamitatis, ſiue aduerſæ erumnę iniuriã, & euẽtũ miſerabiliũ, ſeu viduarũ numero contineri, tametſi 69
nuptæ ſint, pro quo facit text. in c. 20. §. ſed nec iſtud, de translatione Epiſcopi, vbi habetur, quòd Eccleſia dicitur viduata, quæ habet Epiſcopum, ſed inutilem, explicat Gail vbi ſupra. In ea verò
quæ nunquam maritum habuit, 70
celebſque eſt, adeſt maior dubitandi ratio, tamen verior, praxique recepta à noſtratibus, eſt reſolutio domini Præſidis Couar. in pract. cap. 7. n. 2. cum pulchra limitatione, ſic eam appellat ex exteris illum ſequutus Gail vbi ſuprà n. 44. obſeruationis primæ lib. 1. Limitatio verò eſt, vt in fœmina honeſta, & graui ætate, quæ ne caſtè vixerit locum habeat caſus Curiæ: ſi verò dictæ qualitates non concurrant, contrariũ eſt obſeruandum ex mente Couar. & Gail vbi ſup.

His præmiſsis, excipitur in or- 71
dinatione prouiſionis ordinariæ *del fuero, no ſiendo cauſa criminal*, intellige hoc procedere in caſu, in quo vidua, ſeu priuilegiatus reus ſit, vel vidua accuſata, denun-

nunciata,vel inquiſita de aliquo crimine,quia non poterit à iuriſdictione ordinaria declinare, vt contra Matthæum Afflictis reſoluit Cardin. Tuſch. ſub litera M.concluſ.274.num.7.Secus verò erit ſi actrix ſit, quia hoc non tollit enumeratio caſuũ Curiæ, quæ fit in l.8.tit.3.lib.4. Recop. vbi fit prohibitio,ne quis in prima inſtantia corã dominis Prætoribus,qui in Curia Regia, vel Chancellarijs aſsiſtũt,ſeuocetur, ſed in proprioforo ordinario,qui cuilibet competit:&proſequitur lex: *Saluo en aquellos caſos que ſe deuen librar en la nueſtra Corte y Chancilleria,que ſon eſtos ſegun antiguo eſtilo,muerte ſegura,muger forçada,tregua quebrantada,caſa quemada, camino quebrantado,trayciõ aleue, rieptο*(qui caſus iam non extat ex Cõcil.Triden.ſeſ.25.cap.14.) *pleyto de viudas,y huerfanos,y perſonas miſerables,o contra Corregidor, o Alcalde ordinario,o otro oficial del tal lugar, y ſobre caſo en que pueda ſer conuenido durante el tiempo de ſu oficio*:huc vſque lex per illa verba: *Pleyto de viudas y huerfanos, y perſonas miſerables*,quæ vniuerſalia, & indefinita ſunt,vel ſaltem generalia,comprehenduntur lites viduarum,& pupillorum, ſiue ſint criminales, de quibus præcipuè lex agit,ſiue ciuiles,in quibus viduæ actrices ſint, ſiue pupilli actores, nec impedit loqui illam legem de Prætoribus, & cum eis, quia hoc magis affirmat in cauſis criminalibus coram eiſdẽ, dum ſint viduarum agentiũ, vel accuſantiũ,locum habere caſum Curiæ,aliàs ſuperflua eſſet generalitas illorum verborum, *Pleito de viudas,y huerfanos*, poſita poſt 72 enumerationem aliorum caſuũ, qui ſuapte natura propter eorũ grauitatem,& atrocitatem, *ſon de Corte*.Et vt ſaluemus ſtylum à Monterroſo relatum de exceptione cauſæ criminalis, *en la ordinaria del fuero neceſſario*, dicendũ eſt,intelligi,quãdo vidua eſt rea, vel contra ipſam, vel pupillum minorem,ne patre orbatum, procedatur:ſecus verò erit,dum ipſa vidua,vel pupillus accuſant, vel querelam proponunt criminale iniuria Regis,vel Chancellaria, vt contra Afflictum,quem Tuſc. adducit d. concluſ.275. num. 7. iam reſoluimus.

Quod iterum extendendũ eſt ad quelibet,vel qualibet, caſum 73 Curiæ criminalẽ habentem, ſiue ex perſona miſerabili,ex eodem Tuſch.vbi proxime n.6.& 7. vel quia reus potens eſt ex offitio, quod exercet,ſiue per ſe ipſum, quia nimis diues, & cui iuſtitiæ miniſtri fauent;itaque ab eo ius, & iuſtitiã actor timeat non ſe cõſecuturũ, nã prædictis omnibus adſtipulantur verba dictæ legis vnicæ,C. quando Imperator & eius mens,& ratio quæ maximè obtinet in criminalibus actionibus, quæ grauiores ſunt cauſis & negotijs ciuilibus, vt teſtatur

74 Iulius Clarus in prooemio ante quæſtiones criminales, cùm non, vt ipſe inquit, de tritico vel oleo legato, ſed de hominum fortunis, exiſtimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil eſt in orbe terrarum pretioſius, & in quibus perhorreſcunt actores iu-
75 ſtitiam petere contra potentes, & tunc, vel ipſe dominus Rex ſuumque ſupremum Conſilium cognoſcit, vel cauſam, querela præſentata, delegat, *dando Peſquiſidor, o Alcalde de Corte, ò remitiendolo, ſi el caſo no requiere mas, a la juſticia ordinaria, no embargante aya empeçado a conocer el juez ordinario, ſe ſuelen dar Peſquiſidores de oficio, ò por la querella de la parte: eſto por ſer el caſo de Corte, por ſu atrocidad, ò grauedad del, y de las perſonas que litigan, ò por otras juſtas conſideraciones*: quæ omnia latè adducit Bobadilla lib. 2. Politic. cap. 21. ex num. 6. videndus, cùm caſus occurrat.

76 Nec ex eo quod non ſit querela præſentata coram perſona domini Regis, & eius magni Cõſilij, impeditur pars litigans eam proponere in Chancellaria Regia coram Præſide, & Prætoribus eiuſdem Regij Senatus, qui cognoſcunt, & cognoſcere poſſunt eam delegare, iudicemque dare ad eam diffiniendam per ſententiam, vt patet ex l. 4. tit. 7. lib. 2. Recop. Bobadilla vbi ſupra num. 11. quia hoc eſt proprium, & reſeruatum magno Cõſilio Regis. In noſtra autem Chãcellaria, & in cæteris Indiarum Occidentalium, quarum ordinationes ſunt vnæ, eædemque, extat ordinatio 17. per quam facultas tribuitur Præſidi, & Auditoribus, ad delegandas cauſas cri- 77
minales in his rebus, quæ euenerint extra quinque leucarum ſpatium, dummodo ſit prouiſio iuſta, & quando committitur cauſa, eſt ad ordinationem proceſſus, non verò ad diffinitiuam ſententiam proferendam: nonnunquam tamen prouidemus iudi- 78
ces delegatos, quos vulgo, *Peſquiſidores* dicimus, ſi cauſæ qualitas hoc requirit, & timor non aſſequendæ iuſtitiæ coram ordinario iudice, maximè præcedente querela partis, vel promotoris Fiſcalis cum delatore: quod ita obſeruatum eſt, præcipuè in Chãcellaria Limenſi, & ſic procedit l. filius, ff. de falſis, ibi: Sic audiui Senatum cenſuiſſe cum ſimilibus. Et credo hoc ex Regio reſcripto proceſsiſſe, quia hæc facultas dandi iudices delegatos ad cauſas criminales cognoſcendas, & diffiniendas, Præſidi, & Auditoribus competit in Limenſi Senatu, & eſt reſeruata; non verò Præſidi, & Prætoribus eiuſdem Chancellariæ: in noſtra verò cũ ſit Prætorialis, & in ea Senatores ſumus Auditores, & Prætores, hac eadem facultate quæ in Limenſi vti poſſumus, & hoc iure vtimur.

Secun-

79 Secundus caſus exceptionis
ad ordinarium fori eſt, *en marauedis pertenecientes al Rey*, quia non
debet expectari, vt per Curiæ ca
ſum petantur, & cũ Rex ſit fons
iuriſdictionum, vt iam diximus
ex Auendan. cap. 1. num. 2. 1. p.
de exequen. mandat. Nimirum ſi
hunc caſum eius Senatus, & Re-
gia Chancellaria excipiant, ne
protrahatur, & differatur exa-
ctio debiti Fiſcalis.

80 Tertia exceptio eſt, *ò ſobre execucion de carta executoria, o contrato
guarentigio, que trae aparejada execucion*. Offert ſe nobis vtilis, & ar
dua quæſtio reſoluenda, an pro
executione contractus, & ſcrip-
81 turæ publicæ, ſiue ſententiæ latæ
à dominis de Conſilio, vel Sena-
tu Regio, poſsit coram eiſdem
intentari caſus Guriæ, & peti e-
xecutio in prima inſtantia circa
ſententias latas in Regio Conſi-
82 lio, vel Senatu. Sunt diſtinguendi
duo caſus: primus, quando con-
firmatur ſententia inferioris iu-
dicis, & tunc ei eſt devolvenda
executio, ſi ſit intra quinque leu
cas, & ſi extra eas dandæ execu-
toriales Regiæ literæ, hoc vo-
luit expreſsè lex 6. tit. 17. lib. 4.
Recopil. vbi Azeued. ex num. 3.
bene diſtinguit inter cauſam cri-
minalem, & ciuilem: nam in pri-
ma eſt remittenda executio iu-
dici primo, hoc eſt, loci delicti.
In ſecunda, ſi ſit confirmatoria,
eſt iudicis à quo: ſi reuocatoria,
iudicis ad quem: quod inſinuat
l. 27. tit. 23. par. 3. Semper autem 83
de ſtylo Chacellariæ remittitur
executio iudici à quo, niſi ex iu-
ſta cauſa retineatur, quod docuit
Guido Papæ deciſ. 436. num. 29.
quæſt. 35. latius proſequitur A-
zeued. vbi ſupra. Pro iuſtis autẽ
cauſis conſiderare poſſumus om-
nes eas, quas retulimus in nego- 84
tijs, & litibus attingentibus ad vi
duas, pupillos, & miſerabiles per
ſonas, in quibus cùm adſit caſus
Curiæ, licèt lis ordinaria iam fi-
nita cœpta fuerit coram ordina
rio iudice, executio iuſtè fieri po
teſt à iudicibus ſuperioribus
Chancellariæ, quia militat ratio
textus in dict. l. vnica, iam ſæpius
repetita, ibi: Perhorreſcunt, &c.
Idem etiam ſi reus, contra quem
executio facienda eſt, ſit perſona
potens, & à quo cum difficulta-
te iuſtitiam conſequetur actor
coram ordinario: nam in his ca-
ſibus quoad executionem ex pro
pria vi & natura caſus Curiæ à
iure & legibus inducti eſt obſer-
uandum: quod per pactum ſumiſ-
ſionis in contractibus, & publi-
cis inſtrumentis fit per contrahẽ
tes, per l. 20. tit. 21. lib. 4. Recop.
§. 1. Quando adeſt ſumiſsio ad
dominum Præſidem, & Audito-
res, ſunt, ſi caſus ſit Curiæ, poſ-
ſit dare executor, vel prouiſio, vt
executio fiat coram ordinario iu
dice: non tamen negat hæc lex,
poſſe etiam fieri executionem
per dominos de Conſilio, vel Se-
natu, & Regia Chancellaria; quia
hoc

hoc eſt iuri conſonum,& recep-
85 ta reſolutio, quia potiùs agitur
ex termino ſententiæ confirmã-
tis,quàm ex confirmata, & ita
regulariter executio de iure cõ-
muni expectat ad iudicem ad
quem,Bartol.in l.fin.C.de iudi-
cijs,Bertachin.relatus à Tuſch.
ſub litera E.concluſ. 475. num.
14.Et fieri poteſt in executione
ſententiæ,vel contractus, ſi con-
tineant debitum quantitatis, vſ-
que ad ſententiam addictionis,
vulgo,*de trance y remate*, & ſolu-
tionem,maximè ſi ſit debitor in
Curia,vel intra quinque leucas,
quia ſi ita,fieri poteſt per quem-
libet ex Prætoribus Chãcellariæ,
in ea, vel intra quinque leucas,
multò magis cauſa probabile
ſubſiſtente ab ipſa vniuerſa Chan
cellaria, vel quolibet quarte-
rio eius, vulgo, *la ſala donde ſe pi
diere la execucion*,vt ſit in poteſta-
86 te,& arbitrio Senatus,vel eam fa
cere,vel remittere. Cui reſolutio
ni non obſtat lex 27.tit.23.p. 3.
& l.6.tit.17.lib.4.Recop. & for-
tiùs lex 11.tit.5.lib. 2. quæ inſi-
nuant caſus Curiæ,& eorum cog-
nitiones tantùmmodo compete-
re Præſidi,& Senatoribus in cau-
ſis ordinarijs:non verò in execu-
87 tiuis, dum inquit text. dictæ le-
gis 11. *Mandamos que todos los pley
tos que ſon ſobre caſos de Corte por pri-
mera inſtancia, que ſe han de ver or-
dinariamente por via de proceſſo or-
dinario formado entre partes, ſea el
conocimiento y determinacion en las
nueſtras Chancillerias*,quia non pro
hibet hæc lex,& dict.l.27.& 6. ti
tulo 17.lib.4.poſſe ex iuſta cau-
ſa retineri per dominos Chancel
lariæ,& fieri executionem, *haſta
dar ſentencia de remate, y hazer real
paga a la parte executante de ſu deu-
da deuida por contrato, o ſentencia, o
en otra manera que aya lugar la via
executiua, ſiendo con juſtificacion de
auer caſo de Corte, en que ſe pudiera
intentar la accion ordinaria en la Chã
cilleria, tambien el derecho de la cau-
ſa executiua*: quia quemadmodũ
diximus,hoc à dictis legibus non
prohibetur, quæ loquuntur re-
gulariter,non verò quando intẽ-
tari poteſt caſus Curiæ,qui quẽ-
admodum competit ad conue-
niendum, *en demanda y accion*, po-
teſt & debet admitti ad exequen
dum,vt iam probauimus:& in Re
gijs Senatibus Limenſi, & no-
ſtro de Panamà hoc receptũ eſt,
& ſubeſt ratio deciſionis, quam
adducit Guido Papæ deciſ. 436. 88
num.29. quia plures ſunt perſo-
næ miſerabiles,& rei,vt in pluri-
mum potẽtes, contra quos iuſti-
tiam actores ad exigenda debita
non aſſequuntur:atque ideò hoc
iure vtimur, *que en auiendo caſo de
Corte que ſe pudiera intentar ſi la cau
ſa fuera ordinaria, ſe admita y reciba
en las executiuas por eſcritura, o ſen-
tencia, o conocimiento reconocido, o exe
cucion de ſentencia arbitraria, que pa
ra la de las cuentas confirmadas por
el juez ordinario para la confeſſion ju
dicial clara, por ſer y caer ſobre juyzio*

empe-

*empeçado ante el ordinario, aura mas dificultad admitirſe por Corte, pero tales pueden ſer las cauſas que ſe den, que tābiē en eſto ſe admitieſſe,* & hoc iure vtimur. Et aliquādo datur commiſsio *para hazer la execucion, ſuſtanciar la cauſa, y concluſa para ſentencia de remate embiarla ala Audiencia.*

In Regalibus Senatibus Valliſoletano, & Granatenſi, & Audientia Hiſpalenſi, & Regni de Galicia, ſeruanda ſunt, quæ conſtant ex d.l.20.tit.21.§.1.lib.4. Recopilat. quæ, vt aduertimus, non loquitur de executione ſententiæ, & ita etiam in dictis Senatibus, Valliſoletano, & cæteris Caſtellæ, & apud nos ſeruandæ ſunt, & poterunt, ſi dominis de Conſilio, vel Chancellaria videbitur doctrinæ adductæ à Tuſcho concluſ.476.ex num.18 ſub litera E. in caſibus quos conſtituit. Primus nāque erit ſi ſententiæ, tàm prima, quàm confirmans ſint abſolutoriæ, quia fruſtra quæritur de executione, quia ſecū illā ſētētiæ trahunt.
90 Secundus caſus ex Tuſcho, ſi ſententia prima eſt condemnatoria. Secunda abſolutoria, quia idem eſt obſeruandum. Tertius, ſi prima fuit abſolutoria, ſecunda condemnatoria, quia agitur ex ſecunda, quia prima eſt reuocata. Quartus dubius, & non bene declaratus caſus eſt, quando ambæ ſententiæ, vel tres ſunt cōformes: de quo eſt videndus Felinus in cap. cum Ioannes, ex n. 14. de fide inſtrumentor. per textum ibi, iuxta diſtinctionem quā facit prædictus Cardinalis, quòd ſi ſecundus Iudex fuit motus ex nouis probationibus, & cauſis, attendatur ſecunda ſententia confirmatoria quoad vim, & effectū executionis, ſi verò ex primis cauſis, & probationibus dicendo ſententiam primam eſſe iuſtam expreſsè, tunc ex gloſ. in c. paſtoralis, §. præterea de offic. delegat. reſoluit, Iudicem ſuperiorem debere exequi, num. 23. dict. concluſ.476. Apud nos verò ſeruanda eſt prædicta l. Regni 6.tit.17.lib.4. Recop. Et quæ ſuperiùs diximus in eius declaratione, ſi autem ſententia partim 91
fuerit confirmatoria, partim verò reuocatoria, vt plerumque euenit, vel modificata prima per ſecundam, tunc equidem executio erit ſuperioris Iudicis, quia, vt iam prædiximus ſupra num. 85. potiùs agitur ex termino cōfirmante, quàm ex confirmato, atque ideò executio regulariter ſpectat de iure communi ad Iudicem ad quem, ex Bart. in l. fin. C. de iudicijs, & Bertachino relato, & ſequuto à Tuſcho ſub litera E. concluſ.475.n.14. Tum maximè, quia nouus ordo, & altera forma iudicandi adeſt, quādo per ſuperiores Iudices detrahitur, additur, vel mutatur, in his quæ in prima ſententia, vel ſecūda fuit dictum, ſeu omiſſum, atque

que ideò cùm ex ſententia reuiſionis ſortiatur effectum, formã, & modum res iudicata, per quã finis cõtrouerſijs imponitur, ex l.1.ff.de re iudicata, & actio iudicati ex ea proueniat, nimirũ, ſi executio competat dominis de Cõſilio, Chancellaria, vel Audientia iudicanti, atque ideò executio, quod eſt noſtrum intentum remitti, vel retineri poſsit à dominis prædictis, prout arbitrium iuſtum, æquum vè dictauerit, non obſtante dict. l. 6. tit. 17. lib. 4. quia etiam extante omnimoda confirmatione ſententiæ, ab inferiori latè non prohibet retineri poſſe executionem, vt prædiximus ex deciſione Guidonis Papæ 436. num. 29. quæ celebris eſt pro hac reſolutione, & limitatione prædictæ legis 6. quæ vel fit ab ipſis dominis, vel remittitur iudici ordinario, vel datur executor ex praxi legis 20. tit. 21. lib. 4. §. 1.

Tranſeamus iam ad limitationes exercendi Curiæ caſus, etiam à priuilegiatis, qui forum Curiæ ſortiuntur, & ex Cardinali Tuſcho ſub litera in concluſione 274. ex num. 17. Repe-
92 tendæ ſunt ſequentes limitationes, quarũ prima eſt ſubſiſtente æquali priuilegio, vt in duabus perſonis pauperibus, vel miſerabilibus, qui altera alium trahere non poteſt ad Curiam, ſecus verò erit ſi priuilegiatus conuentus ſortiatur minus priuilegium, ex Afflicto deciſ. 56. vbi Vrſil. allegat legem contra pupillum 54. §. qui ad maius Auditorum, ff. de re iudicat. In pupillo autẽ, quia ſua natura & ætate eſt miſerabilis, conſideratur hæc ratio, vt præferatur miſerabili ex accidenti, quia cauſa naturalis præfertur accidentali, vt ex Afflicto reſoluit Tuſchus, quòd ex vi maioris cõmiſerationis, quoad alios, pupillo excepto, procedit in viduis, vt ipſe conueniri poſsit in Curia alios miſerabiles, & pauperes, quia priuilegium earum, & pupillorum nititur, & fundatur in iure communi expreſſo in eis, ex dict. l. vnica, C. quando Imperator, cæteri verò per interpretationem, & miſerationem, quod procedit in terminis iuris communis. Quod 93
verò attinet ad ius noſtrum Regium diuerſum eſt, quia ex eo fit extenſio, atque ideò tenendũ eſt viduam contra pupillum, vel è contra, pupillum contra viduã, vel pauperem, ſiue pauper contra prædictos, non habere iure Regio attento caſum Curiæ, admittendamque eſſe fori Regiæ Chancellariæ declinatoriã, vel Supremi Conſilij, ſi apud illud agant, quod eſt ex ratione, & deciſione legis 5. tit. 3. par. 3. ibi: *O por pleito que demandaſſe huerfano, ome pobre, ò muy cuytado*, & ex l. 20. tit. 23. eadem part. 3. ibi: *Viudas è huerfanos, &c.* vbi æqua lance tribuitur dictum fori priuile-

uilegiũ, atque ideò reiecta quoad nos Affict. Vrſil. & Tuſch. reſolutione, tenendum eſt contrarium cum Couar. in pract. cap. 7. num. 4. Et ſic quemadmodum uiduitas pupilli, orphanitas pauperis, & miſerabilis lites, & cauſæ tribuunt iuriſdictionem, ita è contra, æqualis eiuſdemque priuilegij opoſitio à legibus partitarum expreſsi erit cauſa impeditiua exercitij iuriſdictionis cõtra alium Curiæ caſum habentem, vt iam reſoluimus, & ex noſtratibus non relatis, nec explicitis prædictis fundamentis, reſoluit Gregor. Lop. alijs adductis in dict. l. 5. tit. 3. par. 3. gloſ. 2. licèt in fine gloſſæ inſinuet vincere cauſam viduæ cõtra alios priuilegiatos pro caſibus Curiæ: & licèt authoritas dicti gloſſatoris ſit multum conſiderabilis, contrarium in iudicando, & conſulẽdo eſt tenendum, ex fundamẽtis quæ ipſemet antea in eadem gloſſa adducit, & eſt expreſſa deciſio Neapolitana Vincen. de Franch. 188. per totam, vbi ex ritibus ſuæ Curiæ, quos citat, dicit hanc vanam eſſe dubitationem, & iuridicam reſolutionem negatiuam, quia vt ipſe inquit, poſtquam pupilli, & viduæ, & aliæ miſerabiles perſonæ ſunt ſuffultæ priuilegio eiuſdem legis vno, & eodem tempore priuilegia prædicta confunduntur, nec vnum erit potentius altero, & ius commune ſeruabitur, ſcilicèt, quòd actor ſequatur forum rei, vt ex Andrea de Iſern. & Matth. de Affict. in conſtitutione ſtatuimus, reſoluit, quos & alios ex noſtratibus adducit Couar. in pract. cap. 7. num. 5. verſ. 8. hanc interpretationem, & licèt Vincen. de Fran. dict. deciſ. 188. num. 2. dicat, non eſſe inſiſtendum in his quæ refert dictus dominus Præſes, eius diſtinctiones in praxi obſeruãdæ ſunt, quæ in ſubſtantia continent hanc eãdem reſolutionem cum declaratione quam ponit dict. num. 5. verſ. Sexto, deinde poterit contingere, & ſequentibus, vſque ad finem.

Decimusquartus caſus Curiæ eſt, *contra algun poderoſo de que no pudieſſe tambien alcançar derecho*, vt comprobat præcitata lex 5. tit. 3. p. 3. Hic eſt caſus frequens, quotidianus, & in quo merito domini de Conſilio Regio Senatu, & Chancellaria ſumma cum ratione brachium, & Regis domini poteſtatem, & iuriſdictionem exercent. Solent communiter practici noſtri temporis ad iuſtificationem praxis, & immemorialis conſuetudinis, qua obtentum eſt, poſſe à Rege cognoſci per viam violentiæ, in cauſis Eccleſiaſticis allegari, text. in c. Regum officium eſt, & in cap. adminiſtratores, & in cap. Princeps ſæculi 23. quæſt. 5. de quorum iurium interpretatione, & vera praxi, dixi in cap. 6. §. 3. 94

num.

num.19. & 20. & adducunt in theorica alij plures quos citaui, tamen applicãdo Diui Hieronymi dicta in dict.cap. Regum, ad rationem, & deciſionem dict. l. 5.tit.3.p.3. eſt congrua & propria allegatio, vt proceſſus à Rege fiat, *contra algun poderoſo*. Sed
95 in primis ſupponendum cũ Bald. conſ.151.in prin.lib.1. in conſpectu Principis nõ eſſe potentiorem vnum altero, quia non eſt in Principe Supremo conſideratio perſonarum, ita Tuſc. concl. 463.ſub lit.P.num.18. Et quod
96 de perſona Principis dicemus, extendendum eſt ad Supremum eius Senatum, & Regias Chancellarias, quia eius vicem gerũt, & repræſentant, vt cõcludit benè Parlador.lib. 3. differen. 10. num.21.& 22.

97 Secundò cum eodem Tuſcho loco ſuperius citato, num. 7. ex Bald.dict.conſ.151.circa finem, verſ. Hæc quæſtio, ſupponitur etiam quòd an quis dicatur potentior, vel non, conſiſtit in facto, & reſidet in arbitrio iudicis, verba Baldi ſunt. Hæc quæſtio cõſiſtit multũ in facto, & in iudicis arbitrio conſiſtit, tametſi loquatur in ceſsione facta à quadã muliere vidua, & vetula cuidam Chãcellario, & quia potẽs erat, nõ ſolum ab exercitio ceſsionis, ſed à munere ſimplicis procuratoris conſuluit eſſe arcendũ, itaque quoad noſtrum propoſitum erit regula, vt omnis ille cui propter potentiam ex officio, & alia qualibet cauſa eſt comprehenſus in prohibitione tituli, in rubro, & nigro, cap. ne liceat potentioribus, & in cap.1. de alienatione iudicij mutandi cauſa facta erit, etiam ex capite potentatus, ſeu maioris potentiæ, ſubnixus caſui Curiæ in prima inſtãtia, quod æquali modo eſt intelligendum, data ſcilicèt capacitate iuriſdictionis: nam ſi clericus, Eccleſia, vel Religionis Cõuentus, ſeu Religioſus fuerit, patet ex defectu, & in capacitate iudicum ſæcularium, non poſſe apud eos in prima inſtantia conueniri: & cùm latiſsimum ſit, nõ ſolum arbitrium, ſed etiam officium ius dicentis, iuxta legem primam, ff. de iuriſd. omn. iud. opportunum erit aliquos præcipuos caſus, qui ſũt Curiæ, adducere ex comprehenſis in hoc decimoquarto; ex generalitate iuſti, & æqui arbitrij, quod conſtituimus deducti erit primus, & decimusquintus in ordine priori huius capitis.

In Ducibus, Comitibus, & Marchionibus, qui poſſũt conueniri coram Rege in prima inſtantia, & eius Senatu Supremo, vel Chancellaria Regia, & in Senatu Galleco. 98

Decimusſextus in dominis vaſſallorum, etiamſi non ſint titulati, quia potentes ſunt, & qui de facile non conueniuntur. 99

Extende, etiamſi ſint pupilli, 100

& mi-

& minores vigintiquinque annis Duces, Comites, & Marchiones, ac domini vaſſallorum, & etiã ſi ſint fœminæ viduæ, & virgines, quia conueniri poſſunt coram Rege, & eius Senatu, & Chãcellaria, quia potentiorum cauſa præualet, & præponderat, magiſquè conſideratur, quàm viduas, & orfanos eſſe militat, & vrget ratio tex. in l. vnica, C. quãdo Imperator, ibi: *Perhorreſcunt* &c. & quod principaliter vrget, attendendum eſt, l. ſiquis nec cauſam, ff. ſi certum petatur, & hæc extenſio concernit eos vt reos, vt declinare non poſsint in prima inſtantia Curiæ forum, non tamen per hoc, vt actores, ſi pupilli, & minores ſint orfani, & orbati, vel viduæ, eſt intelligendum, ceſſare priuilegium, quod habent, vt agere & conuenire poſsint in prima inſtantia in Curia, *por caſo de Corte*, quod, licèt à nemine inuenerim tactũ, notandum eſt.

101 Decimuſſeptimus caſus Curiæ erit, *en las juſticias y oficiales della*, ſub quo comprehenduntur, vt rei, *los ſeñores Preſidentes, y Conſejeros de los Supremos Conſejos, Preſidentes, y Oydores, Alcaldes y oficiales de las Reales Chancillerias de Eſpaña, y*
102 *de las Indias*, quia habent caſum Curiæ paſsiuè in Regijs Conſiliarijs, quia in Curia coram Principe aſsiſtunt, per Regium reſcriptum aſsignantur Iudices, qui de cauſa cognoſcant, poſtulante actore contra Cõſiliarium. Quod verò attinet ad Præſidem, & Senatores Regiæ Chancellariæ Pincianæ & Granatenſis, obſeruãda eſt l. 5. tit. 3. lib. 4. Recopilat. ibi: *Que ninguno*
*de los Oydores y Alcaldes que reſiden en las nueſtras Audiencias, y* 103
*Chancillerias, no traygan a las Audiencias adonde reſiden pleytos ſuyos, ni de ſus mugeres ni hijos, demandando, ni defendiendo en primera inſtancia por caſo de Corte*: quod intelligendum eſt, retento illo verbo, *No traygan*, hoc eſt, ad peti- 104
tionem eorum, non tamẽ, vt credo, ad petitionem actoris, & aduerſæ partis, quia Senatores, vel eorum vxores, vel filios vult cõueniri per caſum Curiæ in eadẽ Audientia, vbi aſsiſtũt, quia hoc eis non prohibetur. Et extat diſpoſitio d. legis 5. tit. 3. part. 3. ibi: *Contra algun poderoſo*. Itaq; vt me vno verbo explicem, domini Senatores dictarum Chancellariarum ſortiri poſſunt in eiſdem Au-
dientijs, vbi aſsiſtunt, caſum Cu- 105
riæ paſsiuè, altera inſtante parte, non tamen actiuè, hoc eſt, eiſdem Senatoribus volẽtibus, quia reſiſtit dict. l. 10. tit. 3. lib. 4. Recop. quam iam citauimus cum clauſula irritante, vſquè adeò, vt ſi etiam altera pars conſentiat, & reſpondeat *a la demanda que el Oydor le puſo en la Audiencia, donde aſsiſte, ſin declinar juridicion*, erunt acta nulla, quia non

datur prorogatio iuriſdictionis,
quando lex eam tollit, limi-
tat, vel inhibet in Iudice, ma-
ximè cum clauſula anullatiua,
vt poſt Baldum in l.finali, C.
de iuriſdictioné omnium iudi-
cum, Felinum in cap. cum or-
dinem de reſcript. Iaſon conſi-
106 lio 103.libro primo,numero ſe-
cundo,& in l.age cum Geminia
no, C.de tranſaction. Vrſilius
ad Afflict.deciſione 41.numero
quinto,& ſexto, adducit Rugi-
nelus nouiſsimè,cap. 44. pract.
numero 14.& reſoluit etiam ac-
cedente partium conſenſu non
valere iudicium, quia non da-
tur prorogatio diuerſæ ſpeciei,
107 ex adductis à Cardinali,& Feli-
no in cap.Pet.G de officio de-
legat.colum.3.Marſilius in l.fi-
nali, ff de iuriſdictione omnium
iudicum numero 197. Rugine-
lus dicto numero 15. apud nos
in Indiarum Occidentalium Re
gis Prætorijs obſeruanda eſt or-
dinatio.27. cuius verba ſunt:
*Item, que nueſtro Preſidente, y Oy-
dores no puedan traer a la Au-
diencia en primera inſtancia pley-
to alguno ſuyo, ni de ſu muger, ò
hijos, y deſtos pleytos conozcan los
Alcaldes ordinarios, y vengan en
grado de apelacion al nueſtro Con-
ſejo de las Indias, ſiendo la cauſa
de mil peſos arriba, y ſi el parti-
cular quiſiere apelar para la nueſ-
tra Audiencia, y no para el Con-
ſejo, lo pueda hazer mas el Oy-
dor, ò ſu muger è hijos no ten-
gan la tal eleccion.*

Declaratur tamen prædicta 109
ordinatio, vt non procedat in
appellatione, quæ interponitur
ab executore excedente ſuæ
iuriſdictionis limites per reſ-
criptum ſibi conceſſum,vel co-
miſionem,quantumuis inhibea-
tur Regale Auditorium Prouin-
ciæ, in qua executio fit, argu-
mento textus ordinarij, in ca-
pit.Paſtoralis, §. quia verò, de
officio Delegati, & quæ ibi à
Doctoribus traduntur,& ex no-
ſtratibus loquendo de execu-
tore Apoſtolico, qui excedit,
tenet Flores Diaz libro primo
variarum quæſtionum,quæſtio-
ne 12.n. 44. & 45. vbi reſoluit
quod dato dicto exceſſu iuriſ-
dictionis contra Iudicem, vel
ex alia legitima exceptione quę
allegetur appellationem inter-
ponendo, quæ habet vtrumque
effectum deuolutiuum,& ſuſpen
ſiuum, quo caſu excedatur: ſi
nihilominus perſiſtat,in execu-
tione Iudex, pars damnificata
poteſt ad Ordinariũ recurrere,
ſeu ad ſuperiorem executoris,
qui eſt Regale Auditorium, &
petere, vt cauſam retineat, &
eam ab iniuſta vexatione exe-
cutoris defendat, quod conſtat
ex conſ. Hieron. Grat.36. libr. 110
2.quē allegat dictus author Flo
res Diaz,& ſic quoad noſtrum in
tentum,ſi aliqua comiſio datur
cõtra aliquē Auditorē,& Iudex
Comiſſarius in eius vſu excedit,

non obſtante inhibitione, de qua in dicta ordinatione 27. & in comiſsione expreſſa Regius Auditor poterit cauſam ad Audientiam, in qua eſt Senator, deferre, *apelando derechamente para ante ſu Mageſtad en ſu Real Conſejo, y por via de exceſſo de juridicion para ante ſu Real Audiencia*, quæ poterit declarare, *ſi excede ò no de la juridicion de ſu comiſsion, el Iuez que vſa della, y ſi excede impedirle, y prohibirle el exceſſo, y no dar lugar a ello*, maximè ſi ſit extra limites ſuæ iuriſdictionis, vel intra eam ex aliqua ex cauſis quas adducit Flores Diaz dicta quæſtione 12. numero 45. Quod apud nos vltra dicta, & tradita in dicto §. quia verò magis ſuadetur, quia neceſsitate, vel periculo, more inſtante, plura permittuntur, quæ aliàs non admitterentur ex doctrina quã adducit Tiraquel. de retract. libro 1. §. 26. gloſ. 1. numero 18. Matienço optimè in l. prima, titulo 10. gloſ. 21. numero 20. &
112 21. Hinc apud nos prouenit praxis recepta, & ſine contradictione ſtabilita, *que de las executorias que ſe dan en el Real Conſejo de las Indias, ſi ſobrevienen algunas reſultas, ò terceros que ſe opongan, ò otros qualeſquier articulos, las apellaciones ſe lleuen a las Audiencias en cuyo diſtrito fue la comiſsion y Iuez, no obſtante la ley* 20. titulo quarto, libro ſecundo Recopilation. *que diſpone lo contrario*, quod fundatur in his quæ adducit Matienço vbi ſuprà, vt Regius Senator, & præclarus in Regia Chancellaria Argentina, qui licèt inter loquẽdũ videretur hebes, & rudis ingenij, prout audiui ab his qui eum viderunt, & quotidie alloquebantur: calamo tamen aſſumpto fuit elegans, optimuſquè author in ſuis operibus dialogi, ſcilicèt Relatoris, & ſuper quinto Recopilationis ad inſtar alterius Iaſonis fuit prçſtantiſsimus in iure cõmuni, & in noſtro Regio, hæc ſufficiant pro explicatione noſtræ ordinationis 27. & praxis qua vtimur, *en las apelationes que procedẽ de las executorias que ſe deſpachan en el Conſejo Real de Indias*, quod ſæpè ſæpius ſum expertus: *y lleuandoſe alguna cauſa al Conſejo por ſu mucha calidad confirmarſe los autos de la Audiencia, y otros reuocarſe, pero no darſe por nulos por defeto de juridicion de la Audiencia, como fue en la executoria de los Lanças contra don Rodrigo de Eſquibel, ſobre vnos repartimientos de Encomiendas de Indios, y otros caſos que deſpues de executoriados por el Conſejo, en grado de ſegunda ſuplicacion, ſobre la liquidacion de las executorias, y otros articulos ſe fenecieron en la Audiencia de Lima.*

Decimuſoctauus caſus Cu- 114
riæ eſt, *que las juſticias ordinarias de las ciudades y villas del Reyno, y prouincias*, quæ habentur ſub

ditione, & iuriſdictione Regiæ Chancellariæ, probat dict. l. 5. titul. 3. p. 3. & quod attinet ad cauſas criminales, attinentibus ad officium, eſt expreſſa l. 11. tit. 1. p. 7. Cuius ſuſpẽſio in criminalibus, quæ cõmittunt magiſtratus extra cauſam officij, non extenditur ad minores Iudices, qui in vicis aſsiſtũt, quia ſunt minores
115 magiſtratus, de quibus d. l. 11. nõ loquitur, ſic intelligenda ex ſententia Gregor. Lop. ibidem glo. 1. concors eſt l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. dum in finalibus verbis inquit: *O contra Corregidor, ò Alcalde ordinario, ò otro oficial del tal lugar, y ſobre caſo en que pueda ſer conuenido durante el tiempo de ſu oficio*, ex illo verbo, *O otro oficial del tal lugar*, deducuntur caſus Curię ſequentes.

Erit itaque decimusnonus, *en el Teniente de Corregidor, o Alcalde mayor*, qui licèt non referatur, & declaretur in prædicta lege ex identitate rationis, *del Corregidor*, cuius vicem gerit ex lege ſuggerẽte, C. de officio eius, qui vicem alterius gerit cum adductis ab Auendan. de exequen. mandat. & maioritat. *del Alcalde ordinario*, qui ſub locumtenente agit officiũ iuſtitiæ, eique eſt ſubiectus comprehendi debet, argument. legis Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthu. ibi: Iſti enim caſus, & omnes in quibus filius poſt mortem, ſcilicèt, aui naſceretur, non pertinẽt ad legem Velleam, ſed ex ſententia legis Velleæ, & hæc omnia admittenda ſunt, vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſunt: prætereo à Doctoribus maximè à Iaſone tradita in authentic. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. de extenſione legis ex maioritate, vel identitate rationis, & Barboſa in l. ſi conſtante in princip. num. 103. cum pluribus ſequentibus, ff. ſolut. matrimon. Vincen. de Franquis, deciſione 1.4. parte ex quorum communi & vera reſolutione, & eorum quos allegant 117
conſtituo, ex vi comprehenſionis caſus ſequentes.

Erit itaque vigeſimus caſus Curiæ in executore iuſtitiæ, ſeu Alguacello maiori, quia vt in plurimum, ſiue à Rege prouideãtur per donationem, vel venditionem eis factam, ſiue à Correctore durãte ſuo officio creetur, ſunt potentes, & à quibus iuſtitiam petere, & eã conſequi perhorreſcit pauperes, & quoſcũq; atque ideò procedunt quę ſuprà tradidimus num. 94. & 97. ex l. vnica, C. quando Imperator, & ex l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. in Al- 119
guacellis minoribus, quos vulgo dicimus, *Teniẽtes de Alguazil mayor*, eſt diſtinguẽdũ, quia aut nominãtur à Correctore, ſeu Aſiſtente iuſtitiam excercente, & habebunt caſum Curiæ paſſiuè, quia ſemper ſunt, & eſſe ſolent de familia eorumdem

eo-

correctorum, vel eis valdè commendati, atque ideò eis fauent, ſiue ipſi correctores, vel eorum locumtenentes, vt correctoribus non diſplaceant, quod erit cogitandum, & arbitrãdum à dominis de Chancellaria, circa rerũ, & perſonarum qualitatem, & cùm regula in hoc certa conſtitui non valeat, erit arbitrarium: aut enim ſunt nominati ab Alguacello maiori, prout euenit in Hiſpalenſi ciuitate, & alijs, & in Indiarum Regnis, vbi venale eſt officium, *del Alguazil mayor*, & tunc non erit locus caſui Curiæ contra Alguacellos minores, ſeu commentariẽſes, qui ab eiſdẽ Alguacellis maioribus nominantur.

130 Vigeſimusprimus caſus Curiæ praxi ſine controuerſia receptus eſt in Decurionibus, vulgo, *Regidores, ò Ventiquatros*, quocumquè nomine appellentur, ſiue perpetui, ſiue annales ſint. Comprobatur hæc praxis ex ratione legis iam præcitatæ, quæ eſt 8. tit. 3. lib. 4. Recopil. ibi: *O otro oficial del tal lugar*: in Tribunis ciuitatis, quos vulgo, *Iurados*, dicimus, maior poteſt eſſe dubitatio, quia nec ſunt potentes *por oficio*, nec eis ordinarij iudices fauent, imò odioſos habent prop

131 ter contradictiones, quas quotidie eis faciunt. Erit itaque arbitrarium, vt iam in proximiori caſu diximus, & vbi non ſunt Tribuni deputati, adſunt alij, quos dicimus, *Seſmeros de la ciudad ò villa, ò de ſu tierra, ò procuradores del comun acà en las Indias*, in quibus eſt idem tenẽdum, quod de Tribunis plebis diximus, vt relinquatur arbitrio dominorũ Regalis Senatus.

Vigeſimusſecundus caſus praxi receptus, & admiſſus eſt in tabellione Concilij ciuitatis, vulgo, *el eſcriuano del Cabildo, ò Ayuntamiento, ò Conſiſtorio*, diuerſo enim nomine in diuerſis ciuitatibus appellatur, & ſi ſit vnus tabellio, vel duo, habebunt caſũmCuriæ paſsiuè, vt cõueniri à quocunque, & quomodocunque in Curia Regis, eiuſquè Regio Senatu, etiã ſi, qui eos conuenerit, ſit Decurio, vel aliud officium in Republica gerat, quia tabelliones *del Cabildo*, ſunt & eſſe ſolent omnibus potentibus potentiores, atque ideò vrget maior, & fortior ratio: & omnia quæ adduximus ſup. num. 114. & alijs. 132 133

De alijs tabellionibus numerarijs, qui vulgo dicuntur, *publicos, y del numero*, qui quidem non ſunt tabelliones Concilij ciuitatis, eſt diſtinguendum, quia aut ſunt eius qualitatis, & conditionis, vt contra eos iuſtitiam petere perhorreſcat, & eam aſſequi, ſit difficile coram ordinarijs iudicibus, vel quia eis fauent, vel ſunt diuites, vel litigioſi nimis, & tunc habita aliquali informatione de 134

prædictis, vel de qualibet re, & cauſa alterutra, ex his quas retulimus, & tunc conueniri poſſunt apud Curiam Chancellariæ in prima inſtantia, quod ex eo procedit, quia dominus Rex eſt fons iuriſdictionum, vt adduximus ex Auend. de exequen. mandat. cap. 1. lib. 1. n. 2. Ac propterea ex iuſta cauſa, nõ obſtante prohibitione noſtrarum legũ, quatenus impediunt, nequis conueniatur niſi in ſuo foro, redimus ad ius cõmune, & res, dicta cauſa exiſtente, reuertitur facile ad ſui naturam, quia ſcilicet dominus Rex, non ſolum eſt ordinarius Iudex inter omnes, ſed ſuperior omniũ, caputque & fons vniuerſarum temporalium iuriſdictionum in ſuo Regno.

135 Si autem tabellio numerarius, nec diues ſit, nec à iudicibus ordinarijs faueatur, non erit cõtra eum ius, vt conueniatur in prima inſtantia per caſum Curiæ, quod vel ex eius nimia potẽtia, vel ex litigioſa inhiatione qua ſemper laborare ſolent aliqui tabelliones, ſeu notarij, vel ex ſocordia, ignauia, ſeu remiſsione iudicis, ſub cuius iuriſdictione fuerint, animaduertẽdum erit à dominis Senatoribus, vt Curiæ caſus prouiſsionem faciant, vel eã denegẽt, moti ex ſobrietate ſciẽtia, & experientia iudicis ordinarij, quæ omnia in his dubijs ſunt attendenda.

136 Vigeſimustertius caſus erit in omnibus, qui ſunt de familia poteſtatis, vel iudices, inter quos comprehunduntur vxor & filij, & famuli poteſtatis contra quos 137
eſt caſus Curiæ, tàm ex cap. potentium, quàm ex inhibitione à lege inducta, quoad cauſas eorum, vt de eis non poſsit eſſe iudex poteſtas, ex l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iud. cum adductis à Morla in emporio ad ti 138
tulum de iuriſd. omn. iud. num. 206. dixi cap. 9. ex num. 47. plures & plura ex noſtratibus adducens.

Nec ſatisfacit, ſi dixeris locũtenentem iudicare poſſe caſus prædictorum, ſi ſint liberi, vel famuli correctoris, & èconuerſo corrector, ſi ſint locumtenentis, quia per hoc non eſt conſultũ, & prouiſſum iuri partis petẽtis, & ſub eo eſt magna ſuſpicio, quæ præſtat legitimam cauſam adeundi Regiam Curiam contra ſupradictos in prima inſtantia: verumtamen ſi non adeatur, tunc eſt vtendum prædicto remedio, vt alius iudex iudicet inſtante actore, ſi coram eo compareat: & etiam non comparente cauſa filiorum vxoris, & cuiuſlibet famuli correctoris, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit, eſt remittenda alteri iudici, ex præfata inhibitione, & tituli in rubro, & nigro, cap. nequis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat, quæ ſic veniunt intelligenda cũ his quæ adnotauimus ex d. n. 47.

per

139 per l. 9. tit. 4. par. 3. extendente ad ciuiles, & criminales cauſas, quicquid in contrarium ſentiat Cregor. Lop. in eadem l. 9. glo. 3.

140 Vigeſimusquartus caſus Curię erit in Syndico Republicę vulgo, *el mayordomo de la Ciudad, o del Concejo*, quia expreſsè comprehēditur in illis verbis dictæ legis 8. tit. 3. lib. 4. ibi: *O otro oficial del lugar*, & ſi eius expreſsio non eſſet clara, ſed dubia, dubitari nō poſſe, ex capite *de ſer perſona poderoſa por oficio*, cōueniri poſſe in prima inſtātia in Curia Regia, pro qua reſolutione, & omnium, quæ ſupra adduxi, faciunt, quæ relata ſunt decimoquarto, & decimoquinto caſu præcedentibus, ex Baldo cōſ. 151. lib. 1. & Cardinal. Tuſch. qui eum ſequitur.

141 Vigeſimusquintus in exactoribus tributorum vulgo, *el Receptor del ſeruicio y pecho Real*, qui per prouincias, & caput earum nominatur, quia potens eſt ex officio, quod exercet.

142 Vigeſimus ſextus in Receptore alcaualæ Regiæ, quem vulgus nominat, *el Teſorero*, quia eadem ratio, quæ in præcedenti caſu militat, & forſam fortior, quia ad eum pertinet ſoluere annuos reditus cēſuū, quos Rex ex ſuo patrimonio ſoluit, vulgo *los juros ſituados*, & ex hoc, & poteſtate quam habet exigendi, *alcaualas*, à conductoribus earum, ſiuè ab ipſa ciuitate, *auiendo encabeçamiēto*, potens nimis eſt, & in his duobus vltimis caſibus conducunt, quæ in anteriori, & præcedentibus ſunt adducta.

Vigeſimusſeptimus in Caſtellano alicuius Caſtelli, ſeu eius Capitanes, vt cōſiderat Gregor. Lopez in l. tit. part. 3. Sed hodie cum adſit priuatiua iuriſdictio Capitanei generalis per Regia reſcripta, quæ dicimus, *la cedula de la juriſdicion de la guerra*, quæ extant apud nos cum inhibitione Senatus Regalis ſunt obſeruanda, nec datur caſus Curiæ in negotijs, vel delictis militaribus, & non militaribus, quia omnia comprehendūt dicta reſcripta, ibi: *El dicho mi Virrey, Gouernador, y Capitan general, que es, o fuere de las dichas Prouincias del Piru, como tal mi Capitan general, conozca y determine de todos los delitos, y caſos, y cauſas, que en qualquier manera tocarē à los Generales, Capitanes, oficiales, y de la demas gente de guerra de aquel Reyno, que me ſiruieren a ſueldo*, data in Mantua Carpentanorum ſecunda die Decembris, anni de 1608. Eadem Regia iuſsio huic anterior eſt miſa Prēſidi, & Magiſtro militum huius Regni de Tierrafirme, & ciuitatis de Panamà, in alijs verò Prouincijs ſeruanda ſunt, quæ Regijs decretis ſunt ſtabilita per Regiū reſcriptum anni 1620. excipiuntur, *las reſiſtencias a las juſticias, o deſacato injurioſo*: quia de his cognoſcunt iudices ordinarios contra milites apud nos.

143 and 144 appear in the right margin beside "Vigeſimusſeptimus" and "nia comprehendūt".

145 Vigeſimus octauus caſus Curiæ erit in cauſis denegatæ iuſtitiæ, quando inferior iudex iuſtitiam denegat, quia tunc ſuperior adiri poteſt, ex cap. licèt ex ſuſcepto, c. ex tráſmiſſa, & in c. ex par. B. de for. compet. Andre. Gail obſer. 1. n. 21. ex ordinatione Cameræ Imperialis, quã allegat, quæ eſt 2. tit. 26. & vt hunc caſum ad actum practicum reducamus, eſt aduertẽdum, quòd licèt duo textus, quos allegaui, loquantur in cauſa feudi, cuius dominus eſt competens, iudex per hoc, quod diſtulerit iuſtitiã exhibere, eſt reuerſus ad ſuperiorem, qui in gradu appellationis cognoſcere aliàs poterat; itaq; in actu practico, quod ad nos attinet, ſi inferior iudex iuſtitiam denegauerit, *no proueyendo a las peticiones de la parte, mayormente ſi es del actor, ò dilatando el proueer ſobre ellas con conocida dilacion y malicia*: tunc equidem domini Senatores Regalis Prætorij, ſi de hoc eis conſtet *por teſtimonio, ò denegandole por informacion*, poſſunt cauſam ad petitionem partis, cui iuſtitia denegatur, retinere, vel auocare per caſum Curiæ, &
147 hæc denegatæ, vel dilatæ iuſtitiæ erit iuſtta cauſa auocationis per caſum Curiæ, ex adductis a Gail dict. obſeruat. 1. num. 21. & ad prædicta reduces, quæ reſoluit Auendaño de exequend. mandat. cap. 5. num. 12. verſic.
148 Negligentia autem, qui requirit prius eſſe monendos iudices ordinarios per prouiſiones, quæ dicũtur monitoriæ, ſeu incitatiuæ, ante quam ab eis cauſæ pendentes auocentur: nam ſi denegent iuſtitiam, & eam differant, & ius partibus reddere, ac miniſtrare ſufficiet, per exhibitionẽ teſtimonij eiuſdem cauſæ, & querelæ, cum exhibita auocationem, vel retentionem petere, in cuius articuli determinatione audiri debet pars aduerſa, quemadmodum quando petitur retentio, quia citatur per ordinarij decreti citationis prouiſionem, vulgo
*dar traslado, y ſeñalar termino para* 149
*ello*: Tanta verò poterit eſſe remiſsio, & negligentia iudicis ordinarij, quæ ex facto proceſſus, & eius copia, & teſtimonio colligatur, vt ex eo ſolummodo procedi poſsit ad cauſæ auocationẽ, ſeu retentionem, abſque alia citatione: idem dicerem, ſi conſtaret exhibitam coram iudice aliquam petitionem, ſeu libellũ, & ei non reſpondiſſe, nec iudicaſſe, quod ſolemus dicere *denegacion de juſticia, y del oficio del juez*, quo caſu propter euidẽtem iniquitatem ſine dubio, ſi conſtaret de remiſsione notoria ex teſtimonio præſentationis, *y de no auer proueido, aunque ſe pidio*, ab eo eſt cauſa auocanda, eiuſquè cognitione iuſtè priuatur, & ad hos terminos, & caſus reducenda ſunt, & practicanda iura allegata, & adducta ab Auend. de

exeq.

exequen.mand.lib.1.cap.19.n.2.verſ.Si verò,& expreſſa eſt deciſio text.ſic probantis, in dict. cap.ex tranſmiſſa, & in cap. ex parte B.de foro comp.quibus nõ oberunt,quæ adducit,et reſoluit
150 Couar.in pract. cap. 9. num. 3. vbi inquit:Regios Auditores nõ poſſe liteſpendentes coram inferioribus aduocare,quia illud eſt veriſimum cauſa legitima non exiſtente,ea verò ſubſiſtente, ex rationibus,& fundamentis, quæ adduximus licita & iuſta, imò conueniens erit aduocatio,& retentio, & ſic venit declaranda, & explicanda reſolutio Andr. Gail,quam in hoc vigeſimo octauo caſu adduxi,& inſinuat Auẽdan.in dict.cap.5.num.12. verſ.
151 Negligentia in fine,dum inquit: Et iſta negligentia arbitrio dominorum Regij Conſilij committitur,quod etiam intelligas, & extendas ad dominos Regiæ Chancellariæ Auditores, qui-
152 bus competit cauſarũ,& locorũ cognitio, ſicut antea competebat Conſilio Supremo, *y en todos los pleytos que ſon ſobre caſos de Corte*,ex l.11.tit.5.lib.2. Recop.
153 Quo quidem eodem iure in omnibus,& quod omnia vtũtur Regalia Prætoria harum Indiarũ Occidentalium, vt comprobat noſtra ordinatio tertia, cuius & aliarum omnium eſt vna, eadem
154 que copia in omnibus Chancellarijs huius noui orbis, abſque mutatione, vel diſcrimine: inquit itaque predicta ordinatio: *Item ordenamos, que los dichos Oydores conozcan en las dichas cauſas ciuiles, y criminales, ſegun y como pueden conocer los Oydores, y Alcaldes de las nueſtras Audiencias de Valladolid, y de Granada, y puedan traer y traygan varas de juſticia, como las traen los Alcaldes de las dichas nueſtras Audiẽcias de Valladolid y Granada.* In Mexicano, & Limenſi Regio Senatu ſunt Auditores, & Prætores diuerſi, in cæteris Chancellarijs, extat dicta ordinatio tertia, atque ideò vtroque munere fungimur, prout in ea præcipitur, ſuntque Audientiæ Prætoriales præter Mexicanam, & Limenſem.

Diuerſitas eſt etiam in ſecun- 157
da ſupplicatione, quia apud nos obſeruatur authentica, quæ ſupplicatio, C.de precibus Imperatori offerendis, à qua deſumpta eſt noſtra ordinatio quinta, quæ ad ſupplicationis interpoſitionẽ
non requirit pœnam, & fideiuſ- 158
ſionem *de las mil y quinientas doblas*, ſed ſententia lata ab Auditoribus executioni mandatur, data fideiuſsione de reſtituẽda quantitate, fundo, vel ſpecie, ſeu genere quæ virtute executionis recipitur, ad cuius interpoſitionem requiritur, vt ſit quantitas *de ſeis mil peſos de oro, y dende arriba, ſiendo antes de diez mil peſos de oro, los quales ſe reduzen y entienden oy los dichos ſeis mil peſos, ò la cauſa ſi ſu valor fuere deſta cãtidad a ſeis mil*

*mil peſos de plata enſayada, de a quatrocien os y cincuenta marauedis cada peſo, que hazen dos quentes y ſetecientas mil marauedis*, ad dictam quantitatem *de ſeis mil pe-*
158 *ſos de oro*, fuit facta taxatio & reductio ab inuictiſsimo Carolo Quinto Imperatore, & Hiſpaniarum, & Indiarum Rege, die vigeſimo octobris anno 1545. per Regium reſcriptum Conſiliario inter alios exiſtente, & ſub ſcribente doctiſsimo Gregor. Lop. nec attenditur quantitas petitionis, ſed condemnationis, atque ideò non viget in hoc lex, cum quædam puella, §. finali, ff.
159 de iuriſd. omn. iud. ſed lex in offerendis 35. C. de appellation. ibi: Quantitate ex ipſa ſententia Iudicis diſcernenda, quòd etiam eſt tenendum ad excludendam ſupplicationem, *en pl ytos de menor quantia, aunque la demãda aya ſido de mayor.*

A prædicta fideiuſsione contenta in noſtra ordinatione ſuprà excuſabitur reus, ſi actor ſecundam ſupplicationem interponat ex doctrina gloſſæ celebris quæ vno verbo hoc dixit in dict. authen. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperatori offerendis, dum inquit text. ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fideiuſsionem præbuerit, glo. verò, verbo, victrix pars dicit, ſci-
160 licèt actor, atque ideò ſi reus vincitur, & ab eo res, vel quantitas aufertur, quæ ſit dicti valoris *de ſeis mil peſos enſayados*, actor debet præſtare fideiuſsionem, non verò reus, *ſi ſe da por libre por ſentencias de l Audiencia, y el actor ſuplica, porque al reo no ſe le dà ni entrega nada en execucion de la ſentencia de reuiſta de la Audiencia, aunque de parte del actor ſe ſuplique, y aya grado de ſegunda ſuplicacion*, quod apud nos in Indiarum Reg
nis ſine dubio procedet: in Reg- 161
no verò Caſtellæ, & Legionis, vt cũq; ſit ſiue ab actore, ſiue à reo indiſtinctè obſeruandæ ſunt leges 1. & 2. & aliæ tituli 20. lib. 4. Recop. & præſtanda obligatio, & fideiuſsio mille & quinquaginta duplarum, quod patet ex l. 1. ibi *Que la parte que ſuplicare de la dicha ſegunda ſentencia, ſe obligue y dè fiadores dẽtro de los dichos veinte dias ante los dichos Oydores, de pagar vn mil y quinientas doblas*, & infrà. *Y eſta pena ſea partida en tres partes: la vna parte para aquel por quien fue dada ſentencia*: quod determinatum reſpicit actorem, vel reum in cuius fauorem lata eſt. *Y la otra tercia parte para los Oydores que dieron la ſentencia. Y la otra tercia parte para nos* Et cũ hæc pœna de iure communi nõ fuerit introducta, ſed à legibus Regijs iuſquè commune ſeruetur, ex dicta authentica apud nos in Indiarum Regnis, nec extet pœna aliqua ſi ſententia confirmetur, recurrimus ad doctrinam prædictæ gloſſæ in dicta authentica,

ca, verbo, victrix pars, quando reus abſoluitur, & actor ſupplicat, vt non præſtet reus fideiuſſionem, de qua in dict. authen. & in ordinatione 5. quæ ab ea deſumpta eſt.

162 Eſt etiam apud nos in obſeruantia, l. 7. d. tit. 20. lib. 4. in finalibus verbis, ibi: *Y q̃ ſea en los pleytos que ſe comiençan en el Conſejo à Audiencias por nueua demanda, y no por via de reſtitucion, ni reclamaciõ, ni nulidad, ni en otra manera*, cũ qua

163 concors eſt lex 1. eiuſdem tituli, ibi: *Començadas nueuamente en las nueſtras Chancillerias.* Vnde ſi cauſa retineatur ante ſententiam diffinitiuam, cum ea cœpta fuerit, quomodocunque, coram ordinario Iudice locum non habebit ſecunda ſupplicatio, vt contra Auendan. reſoluit Azeued. in eadẽ l. 1. ex num. 1. cuius dicta in hac l. 1. ſunt conſideranda ad excludendum ſecundæ ſupplicationis remedium quando directo, & ex ſuo initio cauſa non fuit cœpta in Regia Chancellaria, & vltra ea quæ adducit dictus gloſſator inſiſtendo in illis verbis: Vltimis verbis d. legis 7. ibi: *Ni en otra manera alguna*, eſt aduertendũ, quod dicta verba non ſolum excludũt remedia de iure cõmuni, ſed etiã omne priuilegium, gloſ. in l. cum pœna, ff. de recept. arbitr. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 7. n. 23. & etiam omnem diſpenſationem, Nauar. in cap. ſi quando de reſcrip. fol. mihi 88. quia dictio nullo modò excludit omnẽ viã iuris & facti, per quam diſpoſitio poſſet impediri, gloſ. notabilis in Clementina hi qui, verbo, nullo modo, de ætate & qualitate, Anania in cap. qualiter, col. 6 de accuſ. Ex quibus deducitur veriſsimam eſſe aſſertionem tenentium, etiam cauſa per retentionem ingreſſa in Regia Chancellaria non eſſe locum ſecũdæ ſupplicationi, vt iam concluſimus ex prædictis fundamentis, quæ adduximus, & relatis ab Azeue. in d. l. 1. qui merito opinatur cõtra Auend. ſibi contrarium, & eandem reſolutionem, quam aſſeueramus, tenet Gut. in pract. lib. 3. q. 38. num. 1. & 6.

Si autem per remiſsionem factam à Iudice inferiori Regiæ Chancellariæ cauſa ingrediatur in ea eſt diſtinguendum, quia ſi à cognitione cauſæ remiſſæ eſt Iudex ordinarius inhibitus, prout eſt lis ſuper Commenda Indorum, quæ ex ordinatione de Malinas, cum ſuis declarationibus competit in prima inſtantia Regio Senatui, quoad ordinationẽ ſi fuerit *de mil ducados, y de ahi para arriba, y ſi de menos*, quoad ordinationem, & deciſionem ſaluo iure ſecundæ ſupplicationis, quod eſt declaratum per Regium reſcriptum anni 1610. Tunc equidem remiſsio facta operabitur, quoad Iudices ad quos fit, quia eis competit, nec præſtauit impedimentum principium coram in-

inferiori, cum de iure ſuppoſita inhibitione prædicta non ſortiatur effectum, atquè ideò non entis nullæ erunt qualitates ex iuribus vulgaribus: ſi verò cauſa legitimè, coram ordinario incipere partes poſſent, & data prima petitione, ſeu litependente remiſſio (quæ de iure regulariter prohibetur, nec ſolet admitti à dominis, niſi legitima cauſa exiſtẽte) facta fuerit dominis de Chancellaria, & ab illis admiſſa, quia habuit principium apud inferiorem, coram quo potuit intentari, tunc equidem locus erit verbis vltimis prædictæ legis 7.

166 Et ad membrum primum huius diſtinctionis reduces quamlibet cauſam Fiſcalem, vel Regij patrimonij, quæ in Chancellaria, vel Conſilio contra Fiſcum Regium debet intentari, ex titulo in rubro, & nigro, C. vbi cauſæ Fiſcales, vel diuinæ domus, Gail obſeruat. 1. num. 25. vbi allegat quaſdam ordinationes Curiæ Imperialis, in quibus ita diſponitur.

167 Nec tenetur, imò non poteſt Regius procurator Fiſcalis Fiſcum ſuo proprio foro Regio ſuperiori priuare, intentando aliquam cauſam coram inferioribus iudicibus, imò Fiſcus cauſas

168 etiam inter priuatos pendentes, corã ordinarijs auocat, & attrahit ad ſuos Iudices, etiamſi ſit dependens ex cauſa euictionis, vt poſt Bald. & alios quos citat, reſoluit Peregrin. de iure Fiſci, lib. 7. tit. 1. num. 6. & 9. vbi contra Couar. & Cauallin. ex mẽte aliorũ, quos citat, cõcludit, etiã ſi compareat pro ſuo intereſſe Fiſcus, ſeu Regius Fiſcalis cauſam coram alio pendentem ad ſuos Iudices auocare, reſoluit dominus Franciſc. Alfar. de offic. Fiſcalis, gloſ. 16. num. 21. vbi plura bene congeſſit, & gloſ. 18. num. 31. & 34. num. 211. & ita praxi receptum, quod ſæpè habui, & obtinui in Tribunali ſanctæ Cruciatæ Limẽſi, in quo per octo annos per titulum Regium, conſultatione Conſilij Cruciatæ præcedente, Fiſcalis procurator Regius extiti, nec Regij Fiſcales poſſunt citari, nec vocari coram alijs Iudicibus, præter quam in Chancellarijs, nam eorum tituli ſunt reſtricti, & redacti, & eorũ exercitiũ ad Regias Chancellarias, & facilius eſt attrahere cauſas alibi pendentes (vt de iure, & communi ſententia praxi recepta cõcluſimus) quàm coram inferioribus comparere: quod ſi aliquando contrarium à Fiſcalibus fit, eſt coram exactoribus tributorum, vulgo, *Oficiales Reales*, qui Iudices ſunt Fiſcales, vel 170
etiam iuſta cauſa interueniente coram Prætoribus Regiæ Chancellariæ præfectis cauſarum criminalium, vel coram Iudice generali, *de bienes de difuntos*, quia ſunt de gremio eiuſdem Chancellariæ, quæ cum praxi conueniant,

niant, nec ita dilucidè tractata inueni pro iuuenibus conſcripſi.

Quatenus verò Azeuedo
171 in dicta l. 1. numero quarto ad finem dicit, quod Rex poſſet de gratia partes audire in gradu ſecundæ ſupplicationis, licèt lis cœpta fuerit coram Ordinario, quod hoc poſſet, non eſt dubium de hac Principis poteſtate Suprema & Regalia ſpecialiſsima quæ ei competit, quæ fundatur in l. quarta, titulo 25. par. 3. ibi: *Fueras ende ſi el Rey le quiſieſſe hazer merced como ſeñor*, quod vel numquam, vel rariſsimè fit, &
172 tunc ſi Rex audiret, & ſententia Chancellariæ reuocaretur contra actorem, in cuius fauorem executioni mandata eſt, non extendetur eius executio contra tertium, iuxta textum in authentica idem de Neſtorianis, C. de Hæreticis, Ioannes Garcia de nobilitat. gloſ. 6. §. 1. numero 43. Ratio autem potiſsima eſt, quia coram Principe non habet locum exceptio rei iudicatæ, Bald. optimè in cap. ſtuduiſti, numero quinto de officio Legati, Burgos de Paz conſ. 40. n. 23. & differẽtiam, & effectus inter reſtitutionem gratiæ, vel iuſtitiæ colliges ex adductis ab Emanuel Coſta in l. Gallus, §.
173 & quid ſi tantum, 2. par. ex n. 42 vſque ad num. 49. ff. de liber. & poſthum. in explicatione text. difficilis in l. quod ſi minor, §. Scæuola, ff. de minor.

Et quia hìc recurſus ad ſupe- 174
riorem, ſcilicèt, ad Regem numquam, & in nulla cauſa tollitur, ideò apud nos inductum eſt per Regium reſcriptum emiſſum Regali Senatui Limenſi, vt ſemper partes citentur, *con ſeñalamiento de los eſtrados del Real Conſejo:* tenor autem dicti reſcripti, quia notabilis mentiquè tenen-
dus, ſic ſe habet cum eius inſ- 175
criptione, cuius copia autorizata fuit, *carta de ſu Mageſtad en Madrid a diez y ſiete de Enero de 611. años, a ſu Preſidente, y Oydores de la Audiencia de los Reyes.*

*Auiſais auer recebido vna cedu-* 176
*la mia de 26. de Mayo paſſado de mil y ſeiſcientos y ocho, en que os embie a mandar proueyeſſedes como a los pleytos que vienen al dicho mi Conſejo en grado de ſegunda ſuplicacion, remiſſion, o en otra manera proueais, como ſe citen las partes.*

*Y dezìs, que aunque por otra cedula eſtá ordenado que no ſe declare en la Audiencia que ay grado, el eſtilo que ſe tiene es, que en los caſos que os parece, que ay grado, mandais citar a las partes: y quando os parece, que no le ay, ſe manda dar vn traſlado del a la parte que interpone ſegunda ſuplicacion, ſacado con citacion de la otra parte, pero que no es eſto para que venga en proſecucion, por no obligarle a que haga gaſtos, haſta que el dicho mi Conſejo prouea lo que conuenga: y ha parecido ordenaros, como lo hago, que cumplays lo que por la dicha cedula ſe*

177 *manda*, quod quidem Principis reſcriptum, hoc eſt, vt partes citentur in prædictis caſibus vim legis habet in omnibusquè Regalijs Chancellarijs Indiarum Occidentalium eſt obſeruandum: nam Princeps quod vni exPræſidibus reſcripſit,cæteris reſcripſiſſe cenſendus eſt, l.finalis,C.de legibus, & melior l.prima, ff.de conſtitution.Principum, Rebuſus in tractatu de alienatione rerum Eccleſiæ,numero 44. ex noſtratibus bene quoad noſtrum propoſitum locutus Burgos de Paz in procœmio legum Tauri, à numero 450. vſque ad 455. vltra communem & vulgatam allegationem doctrinæ Bartoli in l. relegatorum, §.interdicere, ff. de interdictis, & relegatis, numero tertio, Iaſ. in dict. l. prima, numero 3. Gutierrez in l. nemo poteſt, numero 391. Azebed. in rubrica, titulo quarto, libro tertio Recopilation. Parlador. in ſecunda part. libro ſecundo, cap.finali, quinta par.§. 10.numero 26.Gaſpar Rodriguez de redditibus,libr.primo,quæſtione 12.numero 4. colum.2. Videndus eſt melius cæteris diſtinguens Cæſar Ruginellus in pract.cap.29.per totũ,& quoad intentum num.15.16.& 18.

178 Nec per prædictum reſcriptũ Regium eſt aliquid innouatum in legibus pracmaticis, & ordinationibus loquentibus de inter poſitione ſecundæ ſupplicationis,& quantitate ad eam requiſita,& qualitate,*que ſe empiece en la Audiencia por nueua demanda*, ſolummodo actum & prouiſsũ fuit, vt quomodocunquè cauſa ad Conſilium Indiarum deferatur,ſint partes citatæ ex Regali Chancellariæ præcepto,vt comparere poſsint, & ſi ſit cauſa in qua habeat locum ſecunda ſupplicatio ſit citatio facta, & euitentur plures, & longæ dilationes, ſin verò non ſit,& Rex velit audire ex gratia , ſint etiam partes citatæ: tum etiam quia recurſus ad ſuperiorem nunquã 179
tollitur, & eſt ſicut appellatio, Menochius poſt alios de arbitrarijs,quæſt.67.numero 14.& melius quæſt.70.n.19.& quando non eſt locus appellationi, nec ſupplicationi,habere poteſt locum hic recurſus; quia ſemper auctoritas ſuperioris cenſe- 180
tur excepta,l.vltima, ff. qui ſatiſd. cogan. cum adductis per text.ibi in dict.authen.quæ ſupplicatio,C.de precibus Imper. offer.Menoch.dict.num. 14. & 29.dixi ſi velit audire,quia licèt hoc, vt conſtitui,& patet ex d. l.4.tit.24.part. 3.poſsit dominus Rex, quia tamen per leges nouiores nouæ Recopilationis eſt data forma,&ſumma decla- 181
rata in Caſtellæ,& Legionis Regnis,& apud nos,*de los 6 ij. peſos de oro,y de ay arriba,y que las cauſas ſe empiecẽ en las Chãcillerias*,ſi cõtra

hoc

hoc diſpenſauerit Princeps ex ſua ſuprema poteſtate, quia parti, quæ ſententiam reuiſionis habuit pro ſe, eſt ius acquiſitũ per eam, liſquè finita, & fit diſpenſatio contra prædictas leges, & contra legem, cauſas, vel lites, C. de tranſactionib. & vniuerſum
182 fere titulum, ff. de re iudicata, & effectu ſententiarum, & cap. ſententiam reſcindi non poſſe, & adducta latè per Iaſ. in l. iuſtitia, ex num. 11. ff. de iuſtitia & iure, & ex exteris videndus eſt Tuſchus ſub litera R. concluſione 314. tomo 7. qui latè & bene ad hanc reuiſionis materiam
183 attinentia adducit, & Doctores, ſed in propoſito noſtro, quia leges plures obſtant, conſulto omitto adducta per Menochiũ caſu 52. numero decimo de arbitrarijs, & plura quæ refert compluresquè, quos citat Tuſchus vbi proximè, neque extant apud exteros prohibitiones, quas nos habemus, & ſic requiritur magna cauſa ad dictam diſpenſationem contra tot, & tan-
184 tas leges, tum maximè, quia lex partitæ 4. titulo 24. part. 3. & totus titulus, C. ne liceat tertio prouocare, maximè lex finalis, contra quas diſpenſatur, ſunt omnia prædicta redacta ad leges primam & ſeptimam, titulo 20. libro quarto Recopilation. atquè ideò, ſi ſine cauſa ſufficienti, vel probabili, & veroſimili dominus Rex conceſſerit, vt finita lis ſecundùm leges Regni, iterum ſuſcitetur, erit culpæ mortalis reus, vel vt melius dicam, peccabunt mortaliter domini, qui de hoc conſilium ei præſtiterint: nam negari non poteſt, per hanc reuiſionem cauſæ conceſſam derogari legibus dictis primæ & ſeptimæ, titulo 20 libro 4. & cæteris, quas retulimus, in quo requiritur cauſa ſufficiens, quando ius relaxatur, aliàs Princeps, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis peccat, quan- 185
do derogat ſine cauſa iuri poſitiuo, Abbas & Decius in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, in quo ſi in alicuius præiudicium fiat, nulla prorſus eſt dubitatio, vt ex his quæ eruditè tradit Fortunius Garcia in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 295. ff. de liberis & poſthumis, ponderat bene dominus Franciſcus Sarmiento, libro 1. ſelecta- 186
rum interpretationum, cap. 8. numero 16. nam quod dicitur, Principem, ea quæ iuris ciuilis ſint, tollere poſſe, & mutare, vt in §. ſed naturalia, inſtit. de iure naturali, iuncto §. ſed & quod Principi eiuſdem tituli, eò pertinet, vt lex ciuilis per aliam legem generalem tolli poſsit, & mutari Principis voluntate, vel in fauorem alicuius, ſine præiudicio alterius, dixi latius capit. ſexto, §. quarto de conceſ- 187
ſione decimarum, ex numero tertio, nec oberit, ſi replices,

leges Caſtellæ, per dictam legem quartam, titulo 24. part. 3. eſſe intelligendas, & limitandas in caſu ſpeciali, in dicta l. partitæ prouiſum & reſeruatum, *de quando el Rey como ſeñor quiſieſſe hazer merced*, quod eſt idem quod dicere, audire ex gratia, quia iam hoc remedium eſt ſublatum iure ordinario, & nouiori; quod deciſum eſt in prædictis legibus Recopilationis prima, & ſeptima, titulo 20. libro quarto, & melius per legem tertiam, titulo 17. eodem libro, ibi: *Y que por las dichas ſentencias ſe entiendan ſer fenecidos y acabados los pleytos, para que no ſe puedan boluer a tratar, ni ſuſcitar en manera alguna*, conducunt enim quæ iam diximus in numeris præcedentibus, maximè num. 173. & ſequentibus, præcipuè numero 181.

Itaquè extinctum fuit ius illud ordinarium, *de oyr por via de gracia para ſuſcitar los pleytos acabados por ſentencias de reuiſta de las Audiencias, en caſo que no aya grado de ſegunda ſuplicacion*: manetquè ſupremum extraordinarium ius poteſtatis Regalis ad audiendum, quod non poteſt eſſe, niſi cum diſpenſatione prædictarum legum Recopilationis, quas citaui, quia directo repugnant legi 4. tit. 34. part. 3. iam citatæ, cuius qualitas, & facultas audiendi non eſt repetita in legibus Recopilationis: ſi igitur requiritur virtualis, & effectiua diſpenſatio contra leges nouiores; hæc requirit cauſam ſufficientem, & ea non exiſtente aderit peccatum ex parte Regis diſpenſantis, vt iam fundauimus.

Et vt nihil omiſſum ſit in hoc articulo, cauſas legitimas, & ſufficientes has iudicarem: in primis ſi lis ſit arduiſsima, vel multum ardua quantitatis, vel valoris magni. Secundo, ſi euidens, vel apparens ſuſpicio contra Iudices qui fuerunt in Chancellaria, vel Conſilio allegetur, & probetur, vel moraliter de ea conſtet domino Regi, & Conſiliarijs quorum Conſilium ſibi dare demandauerit, *ſobre ſi ha de oyr tercera vez, o no, o mandar reuer*. Tertio, ſi forſam pars victrix potẽs nimis fuit inæqualis victo qualitate, vel poteſtate, & diuitijs, vel cui Iudices ſententiæ reuiſsionis præſumatur fauorem præſtitiſſe, hæc & alia circunſpectè ſunt inſpicienda, & conſideranda, vt Regi domino Conſilium ſecurum præſtetur, ita vt adſint legitimæ cauſæ, & verè, realiterquè exiſtant, poſsit reuiſſionem præſtare, non obſtantibus dictis legibus: ſin autem non ſubſiſtant, vt in plurimum euenit, denegetur, ne partes immortalibus litium ſuſcitationibus, earumque expenſis

vo-

vexentur, & quæ iam finitæ, & extinctæ ſunt, ſuſcitentur, quæ ſi prudentia quidem perdocta, & Christiana prouideantur, vt ſemper fuit à dominis de Conſilio, Deus Dominus illis erit Adiutor, & non errabunt, & nunquam vidi, etiam ſi pluries fuerit intentatum audiri, in Supremo Indiarum Regio Conſilio, *quando derechamente la cauſa no va en grado de ſegunda ſuplicacion*, imò ſemper denegatum, quantumuis ardua cauſa ſit.

Solet quando non eſt gradus ſecundæ ſupplicationis dari Regium reſcriptum, vt per duas, vel tres, ſeu quatuor Aulas Regiæ Chancellariæ videatur proceſſus & ſententiæ ab omnibus
190 dominis Senatoribus proferantur, quod idem obſeruatum eſt, etiam Rege non præcipiente à ſuis Vicerregibus in Limenſi Senatu, quantumuis reluctante vno ex Senatoribus, qui defendere conabatur Vicerregis, & Præſidis poteſtatem ad hoc non extendi, quia iuriſdictio eſt diuiſa per quarteria à Rege, hoc eſt, *por ſalas, ſegun los pleytos ſe reparten*, & non
191 poſſe Vicerregẽ contrarium diſponere, hoc eſt, quod omnes Iudices ad aliquam cauſam adiungantur.

Sed contrarium praxi, & ſtylo vtili eſt receptum, à quo non eſt recedendum, cum videamus in magna Curia Vicariæ Regni Neapolitani, & eius magno Conſilio, hoc paſsim ex mandato Prorregis illius Regni admitti, vt adducit ſæpè Vincentius de Franquis in pluribus deciſionibus. Neapolitano autem Prorregi non eſt impar Piruanis, nec minorem poteſtatem habet, dixi latè in tractatu ſuper concurſu duorum Vicerregum in Regno, & ante receptionem ingreſſus guuernare poſsit, prædeceſſore exiſtente, in capite eiuſdem Regni.

Vigeſimusnonus caſus Curiæ, qui colligitur ex his quæ in 192
præcedenti diximus, eſt in cauſis Fiſcalibus, quia generaliter omnes cauſæ Fiſcales ad Regiam Chancellariam ſpectant, prout de Camara Imperiali teſtatur Andreas Gail obſeruatione prima, numero 25. quem iam citauimus, & eſt textus in l. prima, & ſecunda, C. vbi cauſæ Fiſcales, vel diuinæ domus, eſt diſtinguendum: nam plures ſunt reſeruatæ Conſilio Fiſcali, ſeu ſacrarum largitionum, *que es el Real Conſejo de Hazienda*, quædam Supremo Caſtellæ Conſilio: quædam verò Chancella- 193
rijs Granatenſi, & Pincianę competunt apud nos omnes indiſtinctè ad Regias Chancellarias Indiarum deferuntur, & extrahuntur ab alijs Iudicibus Regio Fiſcali petente, vel ex officio



ſi

ſi expedit exceptis his,dequibus
ratione ſui officij cognoſcunt
exactores tributorũ,& admini-
ſtratores rerum Fiſcalium, vul-
go,*Oficiales Reales*,à quibus ſiue
per Fiſcalem,vel per alias partes
appellatur ad Regias Chancella
rias,quemadmodum *de los Iue-
zes,Letrados,y de los de la caſa de la
contratacion de Seuilla al Real Con
ſejo de las Indias*, iuxta ſuas ordi-
nationes.

194 Trigeſimus caſus Curiæ eſt,
in exigendo ſalario tabellionũ,
vulgo,*Eſcriuanos de Camara*, &
Receptorum,necnon Relatorũ,
qui aſsiſtunt in Regia Chancel-
laria,pro eo,inquam,ſalario, &
ſtipendio debito ex labore pro-
ceſſus,qui apud dominos Chan-
cellariæ tractatus fuit, vel pen-
det:hunc caſum adduxit Mõte-
rroſo,qui eſt octauus in ſuo ordi
ne tractat.5.fol.59.

195 Trigeſimusprimus in ſalario
Aduocatorum,& Procuratorũ,
ex Monterroſo vbi proximè An
dr.Gail obſeruat.1. num. 37. in
cæteris verò officialibus Came-
ræ, ſeu Chancellariæ id intelli-
gens,& extendens, prout eſt in
Receptoribus,& alijs Commiſ-
ſarijs,quos *diligencieros* dicimus
rationes conſtituens ex continẽ
tia cauſarum,& quia partes ra-
tione ſalarij dicti in Camera,
vel Chancellaria quaſi contra-
xiſſe videntur,quæ rationes ſunt
bonæ, ac conſiderabiles, licèt
quoad Aduocatorum ſalarium
aliquando ſine cauſa legitima vi
di dubitari ab aliquo Iudice, eſt
enim certiſsimum per monito-
rium,vt affirmat Gail, hoc eſt,
*por prouiſion Real*,debere præcipi,
vt fiant hæ ſolutiones ſalarij Ad
uocatorum,vel Procuratorum,
in Chancellaria degentium,ſi ſit
ſolutio facienda extra quinque
leucas, ſi verò intra eas, & pars
rei in Curia præſens ſit,vel corã
Regali Senatu,vel Iudice Prouin
ciæ, ſeu Ordinario peti poteſt,
quod intellige, ſiue ſit ſalarium
conſtitutum,pro quolibet anno
Aduocato,ſeu Procuratori Chã 196
cellariæ, vel pro aliqua lite, ſi
ipſa lis in gradu appellationis,
vel per caſum Curiæ in Regio Se
natu fuerit ventilata, in eaq; Ad
uocatus ſuum patrocinium, vel
Procurator ſuas operas præſti-
terit, ſiue honorario non conuen
to,taxatio eius fiat à Regali Au-
ditorio, *por el Oydor ſemanero a
quien ſe remite*,quia qualitercun-
que peti poteſt in eadem Chan-
cellaria.Secus verò ſi non fuerit
ſalarium annuũ aſsignatum,nec
lis ad Chancellariam deuoluta, 197
vel in prima inſtantia introdu-
cta per caſum Curiæ, quia tunc
ceſſat ratio continentiæ, & de-
pendentiæ eiuſdem cauſæ,quam
adducit Gail dicta obſeruat. 1.
num.37.Et hæc,quia quotidiana
in praxique ſæpius contingentia
notanda ſunt,quæ etiam exten-
de ad Regium Supremum Con-
ſilium,pro Aduocatis Procura-

to-

toribus, qui in Curia, vbi Rex aſſiſtit, ſuum munus exercent, & in omnibus in hoc & proximiori caſu dictis, & in quolibet Regio Conſilio, ſiue Indiarum, vel Aragoniæ, aut Portugaliæ, vt ratio præſtiti patrocinij in aliqua lite, coram eo pẽdente, ſit cauſa attributiua iuriſdictionis ad petitionem, & præceptum de ſoluẽdo ſalario, ratione continentiæ, & connexitatis cauſæ, quam adducit & ponderat Gail dicto numero 37.

198 Extende etiam, quoad aulam cauſarum criminalium in Chancellaria, nam ſi pro lite ibi pendente conuentio ſalarij fiat, domini præfecti ibidem exiſtentes poſſunt dare prouiſsionem Regiam, aut mandatum, vt ſolutio eius fiat, ſecus ſi annuũ ſit, quia eſt petendum *en la ſala de Oydores*, vt iam cum diſtinctione dixi per connexitatem, & dependentiam eiuſdem cauſæ.

Sunt etiam alij caſus Curiæ, vel Regio Conſilio competẽtes ratione rei, etiamſi partes priuilegium non habeant, quorum erit.

Trigeſimusſecundus in feudo, text. in cap. 1. de controuerſia feudi, vbi Matth. de Afflict. num. 4. & communiter feudiſtæ, text. in c. 1. §. præterea ſi inter, de prohibita feudi alienatione per Federic. Abb. in cap. cæterũ, num. 13. de iudicijs, Felin. ibi n. 20. vbi tractat materiam, quis dicatur Iudex competens in cauſa appellationis, quando à domino feudi appellatur, Andr. Gail obſeruat. 1. num. 54.

Apud nos verò Commendæ Indorum ſunt temporales ad vitam, ſcilicèt, primi Commendatarij, & eius primi filij, vel eo deficiente filiæ vel nepotis per defectum ſucceſsionis vxoris in Regnis, & Prouincijs *del Perù*, per duas vitas, & in Noua-Hiſpania per tres, & quandoque per quatuor ex Regis conceſsione, ſunt enim feuda, vel eorum naturam ſortiuntur, ex his quæ adducit Ioan. Matienço Regius Chancellariæ Argentinæ Regni *del Perù*, Senator in l. 6. tit. 10. gloſ. 2. num. 19. lib. 5. Recop. & ſequentibus numeris.

Et per Regiam ordinationẽ, 202
quam vulgo dicimus, *la ordenança de Malinas*, cum ſuis declarationibus extat ſtabilitum, vt hæ cauſæ quoad ordinationem, *quãdo ay demanda de parte de Encomiẽda de Indios en propiedad, ò poſſeſsiõ, ſe ponga en la Audiencia Real, en cuyo diſtrito cae el repartimiento, y concluſa y ſuſtanciada, ordenado el proceſſo haſta la concluſion, ſe remita al Real Conſejo de Indias, dexando a las Audiencias ciertos caſos de reſtitucion de los deſpojos deſtos Indios, ſi ſon de parte a parte, y ſi por el que gouierna ay mas duda, porque no eſtà tan clara la ordenança, aunque tambien en èſto ſe entiende que por cedula Real el Audiẽcia puede interponerſe, y reſ-*

*y reſtituyr el deſpojo hecho por el Go-*
*uernador, ò Virrey , entenderſe ha,*
203 *quando es notorio.* Nec in his caſi-
bus,vbi reſeruatę ſunt cauſæ,nõ
habet locum præuentio coram
alio Iudice, quia fit præiudiciũ
iuriſdictioni, vt notabiliter re-
ſoluit Gail. obſeruat.29.lib.1.n.
204 finali. Tum etiam, quia vbi ad-
eſt priuatiua iuriſdictio,nihil o-
peratur conſenſus partium in a-
lium Iudicem, vt ex l.teſtamen-
ta omnia,C.de teſtament. & a-
lijs fundamentis reſoluit Rugi-
nellus in practicis quæſtioni-
bus,cap.44.ex num.4. At verò
quando ſumma valoris Cõmen-
dæ,ſuper qua litigatur , *es de mil*
*ducados de renta, y de ay abaxo,* Re-
galis Senatus cognoſcere pote-
rit,& diffinire cauſam, *en viſta, y*
*reuiſta,* ſaluo iure ſecundæ ſuppli
cationis & declaratio *de Mali-*
205 *nas,* data anno 1610. quæ conue-
niens nimis fuit, nam plures li-
tes, & earum iuſtitiam amitte-
bant partes propter expẽſas , &
longas dilationes adeundi ad Re
gium Conſilium,& ſic habes tri
geſimumtertium caſum Curiæ,
qui competit Regio Conſilio In
diarum,in quibuſcunque Com-
mendis Indorum,& penſionibus
ſuper eis appoſitis: dum tamen
excedant ſummam mille duca-
torum,quia de minore quãtita-
te ſi ſint cognoſcit Chancella-
ria,& cauſam per ſentẽtiam de-
terminat, quæ computatio de-
bet fieri, *por los precios de la taſſa*
*en plata, y eſpecies , y no computarſe*
*el beneficio que llaman deſtas eſpe-*
*cies, que ſon el trigo, mayz, ò ropa, que*
*pagan eſtos Indios, que beneficiado, y*
*vendido, es de mas valor que la cã-*
*tidad, por la qual ſe le da apreciado*
*al Encomendero por los Indios , para* 206
*en parte de pago de ſu tributo, porque*
*el venderſe, ò beneficiarſe es diligen*
*cia del ſeñor de la Encomienda ,* &
ſic quo ad ſummam prædictorũ
mille ducatorum non eſt com-
putandum prædictum beneficiũ
quod ex labore,& induſtria cõ-
mendatarij procedet.

Trigeſimusquartus caſus Cu 207
riæ,ſeu Rege Conſilij eſt ſuper
interpretatione priuilegij à Re-
ge conceſſi,quod eſt declaran-
dũ ab ipſomet Rege,ſi aliqua ſu-
perueniat dubitatio circa illud:
nam ſolus Princeps,qui priuile-
gium dedit,de eo cognoſcere,&
iudicare poterit,text.in cap. cũ
veniſſent de iudicijs,gloſ. ibidẽ,
in verbo,iudicari,cap.1.de lege
Cõrradi,in vſibus feudorũ, Bal-
dus in præludio feudorum,num.
18.facit lex cum de nouo,C.de
legibus,quo fit, eſſe litigandum
in his dubijs,& violatione priui-
legij à Rege conceſſi,vel eius ob
ſeruantia,apud illud Regiũ Cõ-
ſilium,cuius voto fuit expeditũ,
quod inſinuat Gail dicta obſer-
uatione 1.num.7.vbi inquit: Ca 208
meram Imperialem (quæ eſt ea-
dẽ,quæ in Regno Caſtellæ Con-
ſilium Regium) quoad conten-
tioſam iuriſdictionem Regem
re-

repræſentare, vnde ſuper redditibus annuis à Rege venditis, & impoſitis, & eorum dubitatione, ſi qua eſt, recurrendum *al Real Conſejo de hazienda, y en los demas priuilegios y mercedes a los Reales Conſejos, con quien ſu Mageſtad los deſpachò*, ex dicto cap. cum veniſſent de iudicijs, & eius ratione.

209 Trigeſimusquintus caſus Curiæ notabilis erit, ſi cauſa fuerit magni momenti, & valoris, quia tunc etiam non dato priuilegio ex parte actoris, nec potentia ex parte rei, locus eſt foro Curiæ, ſi actor velit intentare in prima inſtãtia, *por nueua demanda*, ſuam

210 actionem in Regia Chancellaria, de hoc licèt loquatur in Senatu Galleco, & ſub eius titulo eſt expreſſa, l. 4. ti. 1. lib. 3. Recopilat. ibi: *Saluo ſi el caſo fuere de grande importancia*, & reiecta opinione Gregor. Lop. in l. 5. tit. 3 par. 3. gloſ. 2. Sic reſoluendũ eſt: nam intellectus dictæ gloſſæ repugnat verbis & rationi dicti textus: nam primo ponit regulam in Senatu Galleco intentari poſſe caſum Curiæ contra Cõſilium ciuitatis, vel vicinũ illius Regni, qui conueniri aliàs poſſit, nec in Chancellaria Pinciana eſſe admittendam propoſitionem *de caſos de Corte del diſtrito de Galicia*.

Et proſequitur lex declarando, *Saluo ſi el caſo fuere de grãde importancia*, atque ideò quemadmodum cuilibet caſus Curiæ, poteſt intentari in dicto Senatu, ita etiam, *ſiendo caſo de grande importancia*, nam aliàs ſuperfluũ eſſet repetere dicta verba, ſi requireretur, vt eſſet Curiæ caſus ex perſona actoris, vel rei ſufficit, itaque vt ſit Realis ex rei qualitate eſt facultas intentandi in Audientia & Senatu dicti Regni, vel Chancellaria Pinciana, vnde cum reſpiciat dicta lex caſuum qualitates, quos ibi refert ſuapte natura potius, quam ex perſonis erunt competentes Curiæ: & ſic habemus iam hunc trigeſimumquintum caſum Realẽ 211
ex magna rei qualitate, qui eſt extendendus ad aliam quãlibet Chancellariam Regiam, quia
lex ſi ſit vniformis, & generalis 212
ad alia ampliatur eius diſpoſitio, etiamſi illa eadem lex, ſit particularis, hoc eſt, ad partem aliquam emiſſa, comprobat hãc aſſertionem, l. regula, §. 1. & ibi Bart. Iaſ. in l. id quod, num. 7. ff. de legat. 1. & ratio depoſitionis eſt ipſa diſpoſitio, l. emptor, §. final. ff. de reivendicat. Bald. in c. dilectus filius, num. 2. de reſcrip. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, à num. 54. Matienço in Dialogo Relatoris 3. par. cap. 15. num. 17. vbi videas, & præ cæteris Burgos de Paz in l. 3. Tauri n. 180. Tum maximè, quia fit extenſio legis ex identitate, & tunc nõ eſt extenſio, ſed comprehenſio, vt benè adnotat Ioan. Garcia de nobili-

nobilitate in diuiſione, num. 48 & vbi militat ratio contenta in lege, fit eius extenſio, etſi correctoria ſit, gloſ. in Clement. 1. ver bo, eligatur, de electione, ibi: In contrarium conſtat de mente conſtituentis, Doctores in authentica quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Anton. Gom. 1. tom. cap. 15. num. 1. Gut. de tutellis, cap. 23. num. 18. plura & plures per longas membranas retulit Montealegre, quapropter ſentimus ſub meliori cenſura, caſus expreſſos in dict. l. 4. ti. 1. lib. 3. Recop. poſſe intentari in Curia, & qualibet Chancellaria in prima inſtantia ex natura rerum, quæ in eadem lege expri muntur, etiam ſi non ſit priuilegium Curiæ in actore, nec cauſa
213 in reo, vt conueniri poſsit, ſed ex qualitate rerum, quas ipſamet lex exprimit, quod & magis, ma giſque ſuadetur, nam cauſæ gra ues maiores Iudices requirunt, l. non diſtinguemus, §. de liberali, ff. de receptis arbitris, tradit in terminis noſtris Gail obſerua tione 1. num. 32. dum inquit: quo pertinet, quod cauſæ magnæ maiores Iudices requirant textus iam citatus, quem dicit ad hoc ſingularem in d. l. non diſtinguemus, §. de liberali, ff. de receptis arbitris, & in cap. 1. ſub titulo, apud quem feudi con trouerſia definiatur, l. 2. in fin. C. de pedaneis Iudicibus, vbi gl. verbo, diiudicent, text. in l. iam dudum, C. vbi cauſa ſtatus agi debeat, quod iterum reſoluit idē Andreas Gail obſeruat. 29. numero 2.

Erit itaque, vt diximus, caſus Curiæ trigeſimusquintus, *ſi el caſo fuere de grande importancia*, 214
vt ſi in quantitate, vel proprieta te, & rei valore excedat triginta millia ducatorũ, vel viginti mille ſaltem, nam tunc ob rei magnitudinem erit locus caſui Curiæ, *ò de vn patronazgo de importancia, ò juridicion, ò prehemineneia graue, y muy conſiderable*, ex funda mentis quæ adduximus, nec oberit, ſi dicas, per hoc ceſſare diſ poſitiones expreſſas in legibus noſtris, maximè l. 21. tit. 5. lib. 2 & legis 11. tit. 5. lib. 2. & l. 2. & 8. tit. 2. lib. 4. quæ iura proclamant in prima inſtantia, quemli bet eſſe conueniendum in ſuo fo ro Iudicis ordinarij, quod intelligitur, niſi dato caſu Curiæ, hoc eſt ex priuilegio actoris vel potentia rei, quod iterum ſuadetur ex dict. l. 4. tit. 1. lib. 3. quam alle gamus: quæquidem primo loco admittit propoſitionē litis, quæ ſit Curiæ caſus in Senatu Gallico, & non alibi earum, ſcilicèt, litium, quæ in illo Regno, & Pro uincia ventilantur, deinde ponē do eadem lex exceptionem quæ debet eſſe de regula, lege nam quod liquidè, ff. de penu legata, inquit: *Saluo ſi el caſo fuere de grande importancia*, & ſic repetita cen ſetur in ſecunda parte qualitas,

quæ antea prędita fuit, *de ſer el caſo de Corte*, & in ſecunda in caſibus quos enumerat, præſtat electionem, *de poder intentar los caſos que refiere por de Corte en la Audiencia de Galicia, ò Chancilleria de Valladolid.* Fateor quidem maximè vrgere hanc rationē, vt ſemper repetita prædicta prima qualitas, *del caſo de Corte*, cenſeatur prout intellexit Gregor. in dict. l. 5. tit. 3. par. 3. gloſ. 2. nihilominus ex rerum enumeratarum, in dict. l. 4. tit. 1. lib. 3. qualitate in qua magis inſiſtit eadem l. &
215 fundamentis quæ adduxi maximè ex dotrina Andr. Gail, quem citaui, teneo contrarium, nec diffiteor aliud etiam eſſe inconueniens *de la ſegunda ſuplicacion en caſos de grande importancia*, & quorum exēpla adduxi, in quo partes grauantur per dilationes, & expēſas pœnæ, & fideiiuſsionis, *de las mil y quinientas*, in Caſtellæ Regnis, & apud nos per recurſum *de auer de yr al Conſejo de Indias*: tamen hæc non obſtant attenta magna qualitate, prout videri poteſt.

216 In caſu trigeſimoſexto, *ſobre bienes de mayorazgo*, nam ſi actio ſuper ſucceſsione proponatur, aut eſt in poſſeſſorio, & in caſu quem vulgo, dicimus, *de tenuta*, & ſunt ſeruandæ leges 9. & 10. tit. 7. lib. 5. Recop. cum alijs declarationibus, quę poſtea ſunt latæ, id præcipuè obſeruādo, quod adnotatur ex dicta lege 10. ibi: *Sorbe bienes de mayorazgo, y bienes vinculados*, quæ bona in hoc caſu à pari procedunt, ceſſatquè opinio eorum, qui antea contrarium tenuerant, maximè Gomecij in l. 45. Tauri, num. 116. Eſtq; contrarium verius, vt aduertit eius additionator dicto n. 116. Itaque ſi proponitur actio, *por demanda de parte a parte de algun mayorazgo, ò vinculo*, aut fuit præcedente cauſa poſſeſſoria in Regio Conſilio, ſuper eodem maioratu, cum facultate, vel ſine facultate Regia condito, & tunc eſt cauſa proprietatis competēs Chancellariæ ex dicta l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. Recop. aut proponitur abſque eo quod præceſſerit cognitio, & diffinitio poſſeſſoria in Supremo Conſilio, & tunc cōtra poſſeſſorem, vel detinentem maioratum, ſeu vinculum, & ex prędictis fundamētis, & rei qualitatē, & remiſsione quam faciunt dictæ leges, *de la cauſa de la propiedad a la Chancilleria*, crederem poſſe intentari, coram Iudice ordinario competenti, *por primera demanda*, vel in Regia Chancellaria, etiam non exiſtente caſu Curiæ perſonali in actore, vel reo, ſed ſubſiſtente tantum reali ex natura & grauitate, qualitateque eiuſdem rei, ſuper qua eſt litigandum, quod etiam venit intelligendum, & ſublimitādū, ſi magnæ qualitatis, & quātitatis maioratus ſit ad arbitriū dominorum de Chancellaria: ſi 217

verò

verò paruæ quantitatis, tunc quia ceſſat ratio dictæ legis 4. tit. 1. lib. 3. Recop. ibi: *Saluo ſi el caſo fuere de grande importancia*, nō eſt admittendus in Curia, ſed remittendus Iudici ordinario.

218 Si verò petantur bona maioratus à ſingulari poſſeſſore, qui illa poſsidet, & detinet per emptionem vel alienationem, vel ex alia qualibet cauſa, quæ non ſit ſucceſsionis, & vocationis eiuſdem maioratus, eadem diſtinctio quæ in proximo ſuperiori caſu erit conſtituenda, ex fundamentis quæ adduxi, quod comprobat dicta lex 4. tit. 1. lib. 3. dum inquit: *Aſsi como ſobre bienes de mayorazgo*, indiſtinctè loquuta, ſiue petantur à ſucceſſore, qui prætendit eſſe vocatum, ſiue ab extraneo emptore, vel donatario, ſeu quolibet alio qui illa poſsidet.

219 Trigeſimusſeptimus caſus Curiæ erit, *ſobre vaſſallos*, ex d. l. 4. iam citata.

220 Trigeſimusoctauus, *ſobre fortaleza*, ex eademmet lege.

221 Trigeſimusnonus, *ſobre muerte o heridas de algun Cauallero principal*, hi omnes, & ei ſimiles aſsignantur in dict. l. 4. tit. 1. libro 3. Recop.

222 Quadrageſimus meo ordine erit apud nos in Indiarum Regnis, *ſobre la paga de tributos que ſe piden a los Indios encomendados q̃ paguen*, quod iam habui in praxi pro excellentiſsimo domino, ac domino meo Petro Fernandez de Caſtro Comite de Lemos, *que tiene encomendada por dos vidas el repartimiento de Collana Aymara, en el diſtrito de la ciudad de Guamanga del Perù, y eſtando por la taſſa del Virrey don Franciſco de Toledo obligados a pagar parte de ſus tributos en eſpecies, que acá ſe llaman aſsi los generos en que deuen tributar de trigo, mayz, ropa, carneros de la tierra, &c. Conforme a la diſpoſicion de ſu Prouincia, y a ſus labrāças, y crianças, ſegun cedulas de ſu Mageſtad, eſtos Indios ſe conuinierō con el Encomendero, que antes tuuieron, a pagar en dineros las dichas eſpecies, valiendoſe tambien de que alegauan tener incomodidades para ſatisfazer*, & obtinuerunt in iudicio poſſeſſorio contra dictum dominum Comitem nunc eorū Cōmendatarium, reſeruato iure proprietatis, contra quos propoſita eſt actio in petitorio in Regia Chancellaria Limenſi, & ab eius iuriſdictione declinatū eſt per Indorum Procuratorem, cui reſpōdi ex grauitate, & qualitate cauſæ non eſſe proponendam coram Prætore Indorum allegabam dictum §. de liberali prædictæ legis non diſtinguemus, ff. de receptis arbitris, & obſeruationem primam, & 29. Andr. Gail iam præcitatus, & obtinere non potui, forſam quia Indi ſunt miſerabiles perſonæ, vt iam prænotaui ſupra num. 56 atquè ideò forus Curiæ quem for-

ſortiuntur actiuè, non debet cō-
tra eos retorqueri paſsiuè, ipſis
reluctantibus. Hoc enim iuncto
(parcant obſecro) indiſcreto ze-
lo, qui inuenitur in aliquibus Iu-
dicibus, & Magiſtratibus ad fa-
uendos Indos excedētes debitos
iuſtitiæ limites, cauſa fuit, ne ob
223 tinerem: fauetur enim Indis ex
triplici cauſa: prima iuſta, quia
miſerabiles quia Regnum fuit
eorum, quod ſolent facere Vice-
rreges, & Gubernatores, & Sena-
tores, Prælatique Eccleſiaſtici,
& Commendatarij non nulli: a-
lia cauſa procedit ex nimio, &
indiſcreto zelo, quę extitit in ca
ſu, quē refero, & alijs pluribus:
altera & tertia, quæ frequentiſsi
ma omnium eſt in Prætoribus In
dorum, & quampluribus eorū
Parochis, vulgo, *Dotrinantes*, qui
vt meliùs ſua negotia, & merca-
turas exerceant, fingunt, vel pro
curant, illis fauere, & vt alios de
terreant, dicunt eſſe damnoſos,
vel vt alios offendant, & ſuas vin
dictas ſumant: quod quidem lon
go experimēto ſum compertus,
vtcumquè ſit, coram Chancel-
laria eſt litigandum in prima in-
ſtantia, vel coram Prorege, quan
do agitur de quantitate & quali-
tate tributorum, *que ſe deuen por
las prouiſiones de taſſas de los Virre-
yes, aſsi en propiedad como en poſſeſ-
ſion*, ex prædictis fundamentis:
& quia pendet à cognitione cau
ſæ, & donationis feudalis Cōmē
dæ Indorum, quæ in Chancel-
laria, vel conſilio eſt diffinien-
da, vt dixi ſupra numero 201.
eſt enim quid dependens, & non
remittendum Iudicibus inferio-
ribus.

Et vltra quadraginta caſus,
quos conſtitui, colliges alios ex 224
Andrea Gail dicta obſeruatione
prima, qui retulit triginta &
quatuor inter eos plures, & a-
liquorum praxis apud nos non
extat, ſunt enim ex eo numer. 2.
cauſa fractæ pacis, quem con-
ſtitue pro quadrageſimo primo
ex noſtro ordine 42. Item man-
dati de non offendendo mandā-
ti, ſine clauſula 43. & pignora-
tione 44. & cauſæ priuilegiorū
Principis 45. & ſecuritatis præ-
ſtitæ 46. & 47. in mandato de
relaxandis captiuis, & 48. num.
26. dictæ obſeruationis primæ,
in decernēdis promotorialibus,
item numero 27. in cauſis crimi
nalibus ratione nullitatis proce
ſus, qui apud nos non extat, item
erit ex ordine Gail numero 34.
alius caſus, & ex noſtro quin-
quageſimus, in vagabundo,
quia vt ipſe inquit: Ratione
incertitudinis ad ſuperiorem
Iudicem remittitur huius ca-
ſus, & remiſsionis praxis ad
ſuperiorem, niſi per viam ap-
pellationis, vel præuentionis,
apud nos non eſt recepta, &
ex his vltimis, quos poſt qua-
draginta retuli, qui notabi-
les ſunt Pignorationis, & cau-
ſa priuilegiorum Principis, quia 225

de eis ipſe, & eius Conſilium ſuo Regio nomine cognoſcit, quod maximoperè conducit, *para las deudas, concurſos, y dificultades que ſe recrecen en los priuilegios de venta, ò merced de juros de hazienda Real*, in quibus eſt recurrendũ, *al Conſejo de ſu Mageſtad, y no a otros Iuezes.*

Quibus ſic præmiſsis, expeditus manet hic vtilis, & quotidianus tractatus de caſibus Curiæ, & eorũ cognitione. An verò foro Curiæ illum ſortientes poſſint renuntiare eſt conſtituenda, regula affirmatiua per vulgariſſima iura legis, ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, & Epiſcopis & clericis, qua declaratur, vt non procedat, quando fuit præiudicium iuriſdictioni priuatiuæ, maximè iure prohibente, vt comprobatur ex ratione textus, in cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti de foro competenti, addu cunt Ruginellus loquens de iuriſdictione priuatiua competenti iudicibus mercatorum, qui apud nos, *ſon el Prior y Conſules*, vt ei non præiudicet conſenſus partium ex Ruginel. vt dixi ſupra numero 203. capit. 44. practicarum quæſtionum, ex num. 4. & maximè num. 14. & numero 15.

Vbi certi Iudices ad cauſas priuatiuè ſunt conſtituti, non poteſt fieri prorrogatio in alios eorumquè iuriſdictioni non valent partes renuntiare, vt conſtituit bene Tuſchus ſub litera M. concluſ. 274. numero 17. loquendo de caſibus Curiæ viduarum, & pupillorum, vt non habeant locum, vbi ſunt Iudices certi priuatiuè deſtinati, & Ruginel. vbi ſuprà in cauſis mercatorum, loco proximè citato.

Itaquè renuntiatio locum non habet, vbi fit præiudicium deſtinatæ iuriſdictioni, ex quo dum eſſem aſeſſor excellentiſſimi, ac Chriſtianiſsimi domini Franciſci à Borja, Principis Squilachenſis, Piruani Prorregis, & ex adductis à Ruginello vbi ſuprà defendebam cauſas guuernationis eſſe priuatiuæ iuriſdictionis ex capite 72. *De la inſtitucion de los ſeñores Virreyes*, dum inquit: *En las coſas que tocaren a la gouernacion, entendereis vos ſolo conforme a las prouiſiones, è inſtitucio nes que os he mandado dar*, ex quibus verbis inducitur priuatiua iuriſdictio, argumento text. expreſſi in l. teſtamenta omnia, C. de teſtamen. quo fit, cauſas, & negotia guuernationis *del Perù*, non poſſe in prima inſtantia intentari per caſum Curiæ, ex prædictis rationibus queadmodũ nec cauſæ nobilitatis, quia certos & priuatiuos Iudices habẽt, ſed per appellationem ad Curiã poſſe trahi, vt eſt regulare, & de eo extãt quàm plura Regia reſcripta, & dixi ſup. num. 106.

Secundò, declaratur prædicta affirmatiua concluſio renuntia-

ciationis fori Curiæ cum diſtinctione, nam ſi fiat expreſsè à minori, pupillo, vel adulto admittetur reſtitutio, quemadmodũ in cæteris caſibus, in quibus læſio interuenit, ſi tamen tacitè intentando caſum Curiæ, coram Ordinario, & litem coram eo, inchoando poſt conteſtationẽ, quia res non eſt integra, non admittetur, vt iam prędiximus ſupra, in hoc eodem tractatu, n. 64. Quando intẽtatur caſus Curiæ, admittitur praxis relata à Couar. cap. 6. practic. num. 3. ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit caſus, & quando eſt criminalis, & defertur cauſa ad ſupremum Conſilium dando querelam coram domino Rege, *con informacion del delito, hecha en ſumario ante el Iuez en cuyo diſtrito fue cometido, ò ante otro qualquier Iuez que ſuele ſer de las villas ò ciudades comarcanas,* ſi ſit timor ſuſpitionis: *y quando ya la juſticia ordinaria ha ſentenciado la cauſa, ſi no es muy graue, o no ſiẽdo de calidad que aya aleuoſia, ò no ſea entre perſonas poderoſas, ſe ſobreſee el dar Iuez peſquiſidor, pero ſiendo con qualquiera de las dichas circunſtancias ſe prouee, y comete.*

Declarato caſu Curiæ per dominos Chancellariæ, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit, eſt locus ſupplicationi, *que ſe admite por ſer el primer auto, ſin pleno conocimiento, y no hazer aquel inſtancia, y no auer ſido oyda la otra parte, y aſsi ſe hà de guardar ſegundo auto, que es en ſuſtancia pronunciarſe los Señores del Audiencia por Iuezes, ò no, con pleno conocimiento,* iuxta legem quartam, tit. 5. lib. 4. Recop. quibus ſic abſolutus eſt iſte vtilis, frequens, & quotidianus tractatus, ad laudem Dei Omnipotentis, ſantiſsimæ, ſcilicet, Trinitatis, necnon intemeratæ Virginis Mariæ, & eius ſacratiſsimi ſpõſi Ioſephi, & Beatæ Catherinæ martyris, cui dicatur.

## *SECVNDVS, AN EXCLVSVM SIT beneficium reſtitutionis in integrum contra ſententiam latam in gradu reuiſionis per verba prolata in l. 4. tit. 17. lib. 4. Recop. dum illius legis textus inquit:* Y que por las dichas ſentencias ſe entiẽdan ſer acabados y fenecidos los dichos pleitos, ſin que ſe puedan, tornar a mouer, ni ſuſcitar, ni tratar en manera alguna, *& quid de reſtitutione ex clauſula generali, ſi qua mihi de inſtrumentis de nouo repertis: de ſententia contra ſententiam: de errore calculi, & alijs articulis, qui in caſu, & materia dictæ leges non incongruè adducuntur.*

### SVMMARIVM.

1 *RES Iudicata eſt, quæ finẽ ctõrouerſijs imponit.*

2 *Speciale eſt in ſententijs Præfecti Prætorio, cuius vicem habent Chancellariæ Regiæ, vt ſemel lata ſententia reuiſionis, amplius de ea cauſa non tractetur.*

3 *Domini Senatores non poſſunt regulariter ſuam ſententiam latam in gradu reuiſionis nullam declarare: ſecus* en las ſentencias de viſta, *etiam ſi in rem iudicatam tranſierint.*

4 *Et etiam reſtitutionem cõcedere contra eam.*

5 *Secus in ſententia Supremi Conſilij*, quando ſe apela de los Alcaldes de Caſa, y Corte, *& in litibus* de menor quantia, *quia non habet locum ſupplicatio.*

6 *Sententia diffinitiua non eſt, quæ aliam poſt ſe expectat, & quid ſi dubitetur an ſit interlocutoria, vel diffinitiua.*

7 *Lex finalis in fine, C de fide inſtrum. adducitur, quæ prohibet ſentẽtias Præfectorũ Prætorio retractari, etiã prætextu falſi inſtrumenti.*

8 *Regiæ Chancellariæ ſucceſſerunt Præfectis Prætorio, & in eorum auctoritate, & poteſtate.*

9 *An contra ſententiam latam in gradu reuiſionis per Chancellariam poſſit admitti*

*mittireſtitutio in integrũ, eſt ardua & difficilis quæſtio.*

10 *Referuntur authores tenentes non admitti.*

11 *Et contrarium tenentes, & defendentes.*

12 *Lex noſtra quarta, tit. 17. lib. 4. Recopil. eſt intelligenda ſecundùm titulum, ſub quo ineſt,* de las ſentencias y nulidades.

13 *In caſu decreti Concilij Tridentini ſeſ. 25. cap. 19. admittitur reſtitutio in integrum, vt læſus vel læſa, poſt quinquennium de quo ibi admittatur.*

14 *Minor læſus propter contumaciam, admittitur per reſtitutionem contra lapſum anni, de quo in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recop. contra contumaces delinquentes.*

15 *Dubia magna, & diuerſæ ſententiæ fuerunt cauſa, vt Regnum peteret declarationem, an contra ſententiam reuiſionis eſſet reſtitutio admittenda.*

16 *Petitio Regni refertur, & Regis breuiſsimum reſpõſum circa prædicta dubia.*

17 *Confuſum reſponſum, & dubium, quia ad vtranquè partem dubitationis, propoſitæ poteſt adaptari.*

18 *Reſolutio, & reſponſum fuit partis negatiuæ, hoc eſt,* que no ſe admita reſtitucion contra ſentencia de reuiſta, *& adducuntur rationes.*

19 *Rex noſter habet ſibi reſeruatam declarationem ſuarũ legum, ſi dubium circa eas occurrat.*

20 *Semper author fui in opinione, & defendi, reſtitutionem non eſſe admittendam contra ſententiam reuiſionis, per quam lis fuit finita ante reſponſum prædictum.*

21 *Per verba prægnantia, & quæ tollunt omne remedium reſtitutio excluditur.*

22 *Dubitatio ceſſat, vbi adeſt caſus legis.*

23 *Baldi doctrina celebris in propoſito ad literã refertur.*

24 *Reſtitutio in integrum poſtquam indulta eſt, inducit nullitatem, & eſt ſpecies ſupplicationis.*

25 *Vbi remouetur exceptio per ſtatutum, ibi remouetur in integrum reſtitutio.*

29 *Inuectiua contra implorantes, vel admittentes reſtitutionem in integrum, cõ-*

*tra ſententias reuiſionis per quas lis fuit finita.*

27 *Iura communia, Pontificia, & Ceſarea finem litibus intendunt, & procurãt rationes quæ in propoſito adducuntur.*

28 *Reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi excluſa eſt contra ſententiam reuiſionis.*

29 *Fauorabilior eſt reſtitutio ex clauſula generali, quam ea quæ conceditur ex ſpeciali fauore minoris ætatis.*

30 *Teſtamentum Pagani firmius quam militare.*

31 *Firmior melioratio, & magis perpetua quæ ex donatione, vel teſtamento procedit, vt bona non alienentur, & ſint perpetuo vinculata, quam ex facultate Regia.*

32 *Reſolutio præcedentiũ, ſcilicèt, ſublatam eſſe reſtitutionem ex minori ætate, vel alio priuilegio; & ex clauſula generali locum nõ habere contra ſententiam reuiſionis.*

33 *Ardua quæſtio, an excludatur reſtitutio prætextu inſtrumenti de nouo reperti poſt reuiſionis ſententiã.*

34 *Refertur l. 19 tit. 22. p. 3. quo ad dictum propoſitũ inſtrumenti de nouo reperti poſt ſententiam.*

35 *Extenſio dictæ legis ad Remp. ad Eccleſiam, ad pupillum, vel minorem, ad priuatum maiorem per reſtitutionem ex clauſula generali.*

36 *Supradicta reſolutio procedit in qualibet ſententia, quæ facit rem iudicatã, ſiue ex eo quod non ſit appellatum, vel ſupplicatum, & contra tres conformes.*

37 *Idem eſt dicendum contra duas ſententias conformes in foro Eccleſiaſtico in Indiarum Regnis.*

38 *Pariter dicta procedũt in ſententia reuiſionis lata in Chancellaria,* quando della ſe ſuplicò ſegunda vez, y ay grado de ſegunda ſuplicacion, *quia per dictã ſententiam reuiſionis lis nõ eſt finita.*

39 *Intellectus ad legem ſecundam, tit. 20. lib. 4. Recopilat. & concordia cum lege 4. tit. 17. lib. 4.*

40 *Ceſſat hodie opinio Ioannis Garciæ de nobilitate*

te gloſ.6.§.2.num.finali, & Gregor.Lop.in l.19.tit. 22. par.3.admittentium reſtitutionem contra ſententiã reuiſionis per inſtrumentũ de nouo repertum.

41 Poſt ſententiam Præfectorum Prætorio non admittitur oppoſitio falſitatis cõtra inſtrumenta in lite præſentata.

42 Quando de veritate cõſtat, eſt quandocumquè iudicandum ſecundùm eam.

43 Remediũ pro eo, qui poſt ſententiam reuiſionis, per quam lis fuit finita, inſtrumentum reperit, in quo eius ius, & iuſtitia fundatur.

44 Indebiti per ſententiam ſoluti non datur repetitio.

45 Rei iudicatæ exceptio inducta eſt propter rigorem iuris conſeruandum.

46 Iniuſta eſſet l. 4. tit. 17. lib.4.Recop. ſi inſtrumento de nouo reperto poſt ſententiam reuiſionis, per quod de ſolutione appareret, eſſet ſublatum remedium ex eius verbis ad repetẽdum indebitum.

47 Intellectus legis primæ, C. de condictione indebiti, ex Bald.

48 Intellectus legis nam poſtea, ff. de iure iurando, ex Donel. & concluſio prædictorum.

49 Ad repetitionem ex inſtrumento de nouo reperto inducendam, debet eſſe certum liquidum, & indubitatum.

50 Fiſcus, inſtrumento de nouo reperto, retractat ſententiam reuiſionis, per quam lis fuit finita.

51 Et etiam ſi nouos teſtes pro ſe inuenerit poſt ſententiam reuiſionis.

52 Quid de ſententia cuius executio eſt irretractabilis, an ſuſpendatur per reſtitutionem.

53 Allegata iudicũ corruptione non retractatur ſententia reuiſionis, per quam lis fuit finita.

54 Iudicibus pluribus exiſtentibus eiuſdem cauſæ, ſi alijs ignorantibus vnus eorum corruptus ſit, ſententia eſt nulla.

55 Præcedens nullitas non admittitur contra ſententiam reuiſionis.

56 Contra ſententiam reuiſionis, per quam lis fuit finita, non admittitur nullitas,

per

per quam dicatur latam fuiſſe per falſos teſtes, vel inſtrumenta.

57 Contra ſententiam Præfectorum Prætorio non admittitur, quod fuit lata per falſos teſtes.

58 Nihilominus teſtes falſi, vel qui eos induxit, falſumquè inſtrumentum producit condemnantur, & puniuntur.

59 Falſificans acta, perdit cauſam: ſecus in producente teſtes falſos.

60 Reſtitutio quæ procedit ex corruptione Aduocati, vel Procuratoris contrarij non admittitur contra ſententiam reuiſionis.

61 Nullitates plures referũtur: prima ex defectu citationis, ad audiendam ſentẽtiam, de qua in propoſito nõ eſt curandum.

62 Secunda in caſu contumaciæ: tertia ſi plus debito ſententia contineat: quarta ex defectu iuriſdictionis, ſeu mandati comparentis, quãdocumquè de eo appareat, etiam poſt ſententiam.

63 Quinta nullitas ex defectu citationis perſonalis, quæ admittitur contra ſententiam reuiſionis, & ratio redditur.

64 Pari modo ea quæ ex defectu mandati, & qualiter intelligatur.

65 Sexta, ſi petatur iuramẽtum calumniæ bis, & nõ præſtitum fuerit, quæ non admittitur contra ſententiam reuiſionis.

66 Septima nullitas in non obſeruatis terminis ſubſtantialibus.

67 Nona, ſi apparet de citatione Procuratoris reuocati per alium Procuratorem.

68 Decima, ſi termini quos incœpit Iudex ſeruare, non inueniuntur ſeruati.

69 Vndecima, ex defectu mandati procuratoris fratrum, quia generalis Procurator non poteſt pro vno Cõuentu comparere.

70 Duodecima nullitas ex defectu tranſportationis actorum, ſi integraliter non ſunt traducta, nec viſa, quæ admittitur contra ſententiam reuiſionis.

71 Error iuris vel facti, reddit ſententiam nullam.

72 Decimatertia nullitas ob nõ ſeruatos terminos ſubſtãtiales.

73 De-

73 Decimaquarta in ſenten tia lata contra pupillum pe nitus indefenſum, vel contra minorem vigintiquinque annis, cum diſtinctione.

74 Acta facta, & proceſſus virtute mandati minoris abſque curatore ſunt nulla, niſi iuret non contrauenire his quæ geſta fuerint virtute, ſui mandati.

75 Decima quinta nullitas ex capite notoriæ iniuſtitiæ quæ ſententia continet, ea verò non admittitur contra ſententiam reuiſionis, imò puniendus, qui talia dixerit.

76 Ad reuiſionem conceden dam ex gratia per Principem quæ debeant concurrere remiſiuè.

77 Decimaſexta nullitas eſt in ſententia quæ plures ſenſus habet varios, ita vt propter dubitationem cauſa indeciſa maneat.

78 Praxis petendi declarationem in ſententijs.

79 Declaratio eſt pars actus declarati, nec eſt noua diſpoſitio.

80 Iudices qui habent declarare non poſſunt, niſi ſemel,

90 Si non eſt locus ſupplicationi ſententiæ, huius declaratio petitur, pariter nec ab ipſa declaratione ſupplicare licet.

91 Iudices, Senatores, & Auditores, nec non Conſiliarij ægrè ferunt, vt in eorũ ſententijs petatur declaratio, & praxis reſpondendi, quando eam non adhibent.

92 De ſententijs per quas relinquitur via, para que quede abierta la cauſa.

93 Reſeruatio nihil de nouo dat, ſed viſi quod competit, conſeruat.

94 De effectibus quos ſententia producat remiſiuè.

95 Sunt quædam ſententiæ interlocutoriæ, quæ habent vim diffinitiuæ, & aliæ diffinitiuæ quæ habent vim interlocutoriæ, & quæ ſint.

96 Si ſunt plura capitula, nõ videtur Iudex in his quæ non pronunciauit, abſoluere.

97 Si pronunciat ſuper omnibus, impoſibile eſt, vt valeat ſuper vnis ſententia, & non ſuper aliis.

98 Decimaſeptima nullitas eſt, quæ reſultat ex ſententia contra ſententiam quæ fecit rem iudicatam.

99 Quod

99 *Quod procedit parte opponente, et ſi non opponat, & admittatur, retractari prima poteſt.*

100 *Quæ dicta ſunt numeris proximis præcedẽtibus procedent in ſententia reuiſionis.*

101 *Quod locum habet in ciuilibus, ſecus in criminalibus, & ratio redditur.*

102 *Et quid ſi de innocentia rei appareat poſt latã ſententiam reuiſionis in cauſa criminali.*

103 *Decimaſeptima allegatio quæ opponi poteſt contra ſententiam reuiſionis eſt error calculi, & eius praxis.*

104 *Error calculi, ſi ſubſit, nõ ſolum ſemel, ſed bis, & ter allegari poteſt.*

105 *Sententia iniqua, quoad Iudicem non tranſit in rẽ iudicatam.*

106 *Iudex per iniquam ſententiam quam tulit, tenetur parti læſæ ad damna & intereſſe.*

107 *Differentia inter ſyndicatum, & reuiſionem cauſæ.*

108 *Syndicatus non datur contra ſententiam latam,* en grado de reuiſta, por Audiencia, ni de otros actos de juridicion, proueidos por los Conſejeros, y Oydores en cuerpo de Audiencia, ò Conſejo.

109 *Rationes reſolutionis præcedentis numeri adducuntur.*

110 *Inſtar ſacrilegi eſt dubitare, an dignus ſit, quem Princeps elegerit.*

111 *Regij Senatores eliguntur ex pluribus vnus, & ad huius dignitati celſitudinem, aut ſunt ex educatis in Collegijs, aut aduocationis, vel iudicandi officio, vel Relatoris munere, cũ magna approbatione verſati.*

112 *Methodus, & mos iudicandi cauſas, & lites per ſuperiores Iudices.*

113 *Cauſarũ varietates plures.*

114 *Pars grauata poteſt impetrare reuiſionem litis finitæ à Principe, quæ cum magna difficultate conceditur, & debet ſubeſſe cauſa diſpenſandi.*

115 *Qualiter ſit iudicandũ in cauſa admodum dubia, & quod in ea ſit bonum Iu-*

*Iudicem habere propiciũ.*

116 *Sententia lata in qua fuit abſolutus quidam Senator,* de veynte y ſiete capitulos de lo proueydo por Audiencia, *confirmata in Regio Conſilio.*

117 *Exemplis Senatus Supremiq; Conſilij iudicãdũ.*

118 *Exceptiones modificatiuæ non ſunt ſublatæ, per l. 4. tit. 17. lib. 4. Recop. contra ſententiam reuiſionis.*

119 *Declaratur nõ procedere in exceptionibus reiectis expreſſe vel tacitè in cauſa principali.*

120 *Si de eis non ſit plenè cognitum in primo iudicio, repetuntur in ſecundo, maximè ſi reſeruẽtur, quæ eſt ſecura praxis.*

121 *Doctrina & verba Ludouici Romani, & Antonij Fabri referuntur in propoſito.*

# TRACTATVS SECVNDVS.

1 IN Primis ſupponendum eſt cum Iuriſconſulto, in l. 1. ff. de re iudicata, rem iudicatã dici, quæ finẽ controuerſijs imponit, quod vel abſolutione, vel condemnatione contigit: ſpeciale tamẽ eſt propter auctoritatem Præfecti Prætorio, cuius vices in aliquibus,
2 vt poſtea dicemus, licèt, excelẽtiori modo à Regijs Chancellarijs repræſentatur, vt ſemel lata ſententia reuiſionis à dominis de Chancellaria, ſiue in cauſa ciuili, vel criminali ſit, non poſſe amplius de ea re, & lite tractari, quia finis imponitur cauſæ & liti, per legem noſtram in finali-
3 bus verbis, vnde ceſſat limitatio quæ communiter à Doctoribus adducitur ad legem, Iudex poſtea quam, eodem tit. ff. de re iudicata, vt non procedat, quando nulla fuit ſententia diffinitiuè lata, hoc ſiquidem nec extendẽdum, nec intelligendum eſt in ſententia, quæ in gradu reuiſionis fuit pronunciata à dominis de Conſilio, vel Chãcellaria Regia, vt ex legis noſtræ contextura patet: ſecus verò erit in diffinitiua; quæ in gradu primæ vel ſecundæ inſtantiæ lata eſt, quæ vulgo dicitur, *Sentencia de viſta*, etiam ſi tranſierit in rem iudicatam, ex eo quod ab ea non ſit ſupplicatũ, poterit dici de nullitate, & reſtitutio peti, quod cõprobat lex noſtra in eius principio, dum inquit: *Que en los negocios en que no huuiere lugar oponerſe de nulidad.*

4 *dad.* Ergo à contrario ſenſu quo
caſu potuit ſupplicari, & nõ eſt
ſupplicatum, locus erit remedio
nullitatis, & beneficio reſtitutio-
5 nis, quæ ceſſant, *en las ſentencias
del Conſejo, quando ſe apela al de los
Alcaldes de caſa y Corte, porque no
ſe pueda ſuplicar de la ſentencia que
los ſeñores del Conſejo dieren, y lo
miſmo en las Audiencias en pleitos
de menor quantia.* Eſt etiam ſuppo
nendum, ſententiam diffinitiuã
non eſſe, quæ aliam poſt ſe expe
6 ctat, Aluar. Valaſc. conſultat.
47. per totam, num. 1. 2. & 9. Fa-
rinat. in praxi criminali, quæſt.
11. nu. 94. & 95, etſi dubitetur,
an ſit diffinitiua, vel interlocuto
ria, eſt ſupponendum, vt melius
valeat, Menoch. poſt alios quos
refert libr. 6. præſumptionum,
præſumpt. 4. nu. 21. quod con-
ducit ad legis noſtræ veram in-
terpretationem, vt, ſcilicèt, lo-
quatur in eo caſu, in quo, vel ſua ſp
te natura ſententia diffinitiua
gradu reuiſionis fertur, vel quã-
do adeſt dubitatio, an interlocu
toria, vel diffinitiua ſit, quo caſu
declaretur diffinitiua vltima, la
ta in dicto gradu *de reuiſta*, ha-
beat locum deciſio, & determi-
natio noſtræ legis, & quãdo non
eſt locus ſupplicationi, quia lis
finitur per primam ſententiam
Conſilij, vel Senatus Regij, eo ca
ſu quo aliam non expectet, vel
expectare non poſſet: cum qua
noſtra lege eo caſu quo lis eſt fi-
nita per ſententiam Præfectorũ
Prætorio non poſſe retractari,
eſt caſus expreſſus, & fere ad li-
teram traducta, ex l. finali in fin.
C. de fide inſtrument. cum addu 7
ctis à Boer. deciſ. 307. num. 1.
præſupponendo Præfectis Præ-
torio ſucceſiſſe Regales Chan-
cellarias, Guido Papè deciſ. 9.
& 50. Grammat. deciſ. 19. num. 8
13. Gregor. Lop. in l. 4. tit. 24. p. 3
Bobadilla alios referens, lib. 5.
cap. 3. num. 57. Parlador. diffe-
ren. 10. num. 1. vbi bene.

Magna tamen eſt inter ſcri-
bentes Aduocatos, & Iudices
contentio, & cõtrouerſia, an per
dicta verba ſuperius adducta,
relataque in dict. l. 4. tit. 17. lib. 9
4. Recop. excluſum ſit benefi-
tium reſtitutionis in integrum
iure minoris ætatis contra ſen-
tentiam latam in gradu reuiſio-
nis, & in primis gloſſator eiuſdẽ
legis Azeued. n. 5. & 11. in eadẽ
lege tenuit excluſum, & vltra ea 10
quæ adducit Azeued. alia pro
eadem parte infra dicemus, v-
tramquè affirmatiuam, ſcilicèt,
& negatiuam partem diſputat
& refert, pro vna & altera argu-
menta adducens Ceuallos, lib. 3.
commun. opin. contra commu-
nes, quæſt. 808. ex num. 37. &
num. 65. reſidit cum affirmatiua
reſolutione, hoc eſt, reſtitutionẽ
admitti in prædicto caſu ſenten 11
tiæ reuiſionis, & etiam contra
tres ſententias conformes, Ioan
nes Garcia de nobilit. gloſ. 6. §. 2
n. vltimo in fin. ſecutus doctrinã

Sa-

Salicet. reſoluit cum gloſ. in l. poſtquam liti, C. de pactis, & tenet, ſublato remedio nullitatis, non cenſeri ſublatam reſtitutionem, & in hac opinione, in caſu, & quæſtione noſtra reſidet, dicẽdo, non eſſe credendum, nec intelligendum, correctas fuiſſe leges partitarum, per dictam legẽ tertiã, tit. 17. lib. 4. Recop. quæ intelligenda eſt ſecundum titulum, ſub quo eſt, *de las ſentencias y nulidades*, iuxta vulgarem allegationem legis Imperatores, ff. de in diem adiectione, ſed non debet intelligi, nec extendi ad reſtitutionis excluſionem, cum nec de ea loquatur, nec ſub eius titulo ſit, quibus adſtipulantur, quæ copioſiſsimè tradit Thomas Sanchez de matrimonio tomo 2. quæſt. 37. numer. 22. verſic. Sexto, quia ex verbis quantumuis generalibus non excluditur remedium hoc extraordinarium reſtitutionis, communẽ, hanc ſententiam profitens ex Molin. de primogen. lib. 3. c. 13. n. 65. Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinamen. Sfortia Oddus de reſt. 1. p. q. 15. art. 6. num. 44. & 45. Pelaez Mier. de maiorat. 1. p. q. 1. n. 25. & ſequẽtibus, Matienço in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloſ. 12. n. 6. & 7. Caldas Pereira in l. ſi curatorem, verbo implorare, num. 45. Ioan. Gut. lib. 2 pract. q. 88. n. 3. & lib. 3. q. 31. num. 15. vbi melius dicit cõmunem Sforcia Oddus vbi ſuprà n. 44. vſque ad 48. quos omnes retuli, quia ſequutus eorundem authorum ſententiam, affirmatiuã partem tuetur Thomas Sãchez vbi ſuprà, & præter eum, & quos adducit eſt videndus Cardinalis Tuſchus, idem comprobant ſub litera R. concluſ. 296. num. 6. infert Thomas Sanchez ad quinquennium, de quo in Concilio Tridentino, ſeſ. 25. cap. 19. Eius enim lapſus impedit agi de nullitate profeſsionis, tamen reſtitutio admittitur, vt per totã diſputationem 37. libro ſecũdo, iam citatam neuorsè defendit idem Sanchez, in quo quia non attinet ad noſtrum propoſitum, pro nunc non inſiſto, infert etiã ad pœnas contumaciæ, & lapſus anni, de quo in l. 3. titulo 10. Recopilatio. vt admittatur reſtitutio minoris, propter ætatẽ, ex Ioanne Garcia de nobilitate gloſ. 6. §. 1. num. 24. Gutierrez libro 3. pract. quæſtione 34. numero 7. Azeuedo in eadem lege 3. tit. 10. libro 4. Recopil. numero 6. 13

Fuit itaquè adeò controuerſa dubia, & difficilis interpretatio ad dictam legem quartam, in prædictis verbis, & an eorum ius extenderetur ad reſtitutionem in integrum, vel non, vt obligaret Procuratores ciuitatum vniuerſi Regni nomine, ad petendam declarationem à Rege, quia in varias itum fuerat ſententias, & cũ Regis reſponſo ab- 14

15 abſoluta eſt quæſtio, tametſi breuiſsimum, & confuſum fere reſponſum dictum fuit, vt patet ex petitione data in Comicijs publicatis anno 1610. cap. 22. verba hæc ſunt:

16 *Por la ley quatro, titulo diez y ſiete libro quarto de la Recopilacion, eſtà ordenado e mandado, que en todos y qualeſquier negocios en que no huuiere lugar ſuplicacion, ſe entienda aſsimiſmo no auer lugar alegarſe, ni oponerſe de nulidad, aunque ſe diga y alegue, ſer de incompetencia, o defecto de juridicion, ò que della notoriamente conſte del proceſſo, ò autos del, ò en otra qualquiera manera: y deſpues de la publicacion de la dicha ley, ha auido diuerſas opiniones de Doctores, ſobre ſi por las dichas palabras de la dicha ley ſe quita, o no el beneficio de la reſtitucion, y ſobre ello ha auido diferentes ſentencias, aſsi en el Conſejo, como en las Chancillerias.*

*Suplicamos a V. Mageſtad declare, qual opinion ſe deua ſeguir, para que de aqui adelante ceſſen pleytos, gaſtos, y coſtas, ſobre el entendimiento de la dicha ley. La reſpueſta fue: A eſto vos reſpondemos, que eſto eſtà ya proueydo.*

17 Potuit quidem eſſe declaratio, vt admittatur, vel quòd non admittatur, *con que ſe ajuſtaua lo que ſe reſpondio, que eſto eſtà ya proueydo, y parece* (ſalua authoritate, & dignisſima reuerentia Regi domino noſtro, & magno & Supremo Conſilio exhibẽda) *venia tambien dezir, que no ſe admita reſtitucion, ò que ſe admita, y aſsi eſta reſpueſta equiuoca y dudoſa, ſe puede adaptar a qualquiera de las dos opiniones que en el lugar ya citado trae Ceuallos, y los demas que he referido.*

Sed nihilominus iudicio meo credo, & teneo illud verbum, 18 *Que eſto eſtà ya proueydo*, fuit dicere, que ex diſpoſitione, & vniuerſalitate verborum dictæ legis, quæ iam ſunt repetita, & ex eorum energia & vi, illud verbum, *Eſtà proueydo*, eſſe referendum ad comprehenſionem excluſionis remediorum, vt in ea inſit etiam excluſio reſtitutionis: nam ſi vellet Legiſlator admitti, facillimum erat dicere: *A eſto vos reſpondemos, que con las palabras de la dicha ley, no ſe entiende auer quedado excluyda la reſtitucion, ò dezir, que eſto eſtà ya proueydo que no ſe excluya*: ſed inſiſtendo, *en dezir, que eſtà ya proueydo, y parando alli tan breuiſsimamente*, eſt dicere, prouiſionem legis prædictæ extendi ad reſtitutionem, vt non admittatur contra ſententiam de reuiſta, aliter non diceret dicta verba: *Sino que ſe admite la reſtitucion*, quod quidem deficit, & quod adeſt eſt repetere virtualiter verum intellectum eiuſdem legis, vt ex eius deciſione, & preciſa excluſione remediorum, ſit

etiam excluſum dictum reſtitutionis beneficium, tunc maximè cum non ſit determinatio facta per legem noſtram, vt admittatur reſtitutio,& non obſtat,aliquas fuiſſe ſententias de admittenda reſtitutione, quia eſt diuerſum à legis interpretatione,quæ à Rege, & non ab alio fieri debuit, vt ipſa declaratio, & interpretatio ſit lex noua,vel additamẽtum legis anti-
19 quæ,vt probaui cap. 8. numero 39.ex l.leges ſacratiſsimæ, cum lege ſequenti,C. de legibus, & quo ad nos eſt expreſſa lex 3. Tauri,quæ eſt 3.titulo 1.libro 2.Recopil.vbi Rex noſter reſeruat ſibi declarationem dubiorum occurrentium interpretatione,& declaratione legum ſui Regni.

20 Antea verò quam in publicum ederetur dictum capitulum Curiarum, & eius reſponſum ſemper tenui,& defendi,nõ eſſe admittendam reſtitutionẽ contra ſententiam reuiſionis,& omiſsis fundamentis ab Azeuedo adductis in dict.l. 4. num. 5.
21 vſquè ad 11.eſt tenendum, quod per verba dict.legis quartæ,quæ ſunt prægnantia, & quæ tollunt omne remedium, cenſetur etiã excluſa reſtitutio in integrum, tam maiori quam minori ætatis conceſſa,& officium Iudicis: nam quando verba legis, vel ſtatuti ſunt inculcata generalia, & prægnantia, etiam in integrum reſtitutio competens minori cẽſetur ſublata,vt ex Angelo,Aretino conſilio 10.loquens de ſtatuto Brixiæ, ſimili noſtræ legi, reſoluit Cardinalis Tuſchus ſub litera R. concluſione 296. Cum qua ſententia reſidet & dicit,Angelum plenè pro vtraquè parte allegare, & hanc tueri, & licèt ceſſet dubitatio, & diſputatio cum dicto reſponſo, *del capitulo de Cortes*, quod vt iam probauimus, eſt referendum ad comprehenſionem excluſionis beneficij reſtitutionis, tamen cum aliquod dubium inſurgere poſſet, habemus pro hac parte caſum expreſſum legis & deciſionis, cum qua ceſſat dubitatio l. ancillarum, C. de furtis, & vltra id partem veriorem, & veriſsimam, vt reſti- 22
tutio excluſa cenſeatur, ex d. l.tertia, minori vel cuilibet priuilegiato competens ex fundamentis veris & neruoſis huius partis,pro qua ne aliqua dubitandi ratio ſuperſit, & quæ in propoſito dici poſsint, adducantur, eſt celebris Baldi doctrina quæ forſam viſa, & lecta eſt à dominis de Conſilio Supremo, quando prædictum reſponſum eſt præſtitum,nec illam allegat,licèt alia benè adducat Azeuedo dicto numero 5. in dicta lege 4.ea enim eſt conſ.148. libro 1.n.11.Cuius verba, quia ad propoſitum maximopere cõducunt,hæc ſunt: *Aduerte ſtatutũ* 23

 *di-*

*dicit, quod non poſsit appellari de nul-
litate, dicit, vel ſupplicari, vnde
claudit iudiciorum copiam, etſi
nullum non poteſt dici nullum: ergo*
24 *nec per reſtitutionis in integrum re-
duci ad nullitatis effectum, quia re-
ſtitutio in integrum inducit nullita-
tem poſtquam indulta eſt, ff. de fidei
iuſſoribus, l. ſi plures in principio: qua-
re puto, quod reſtitutio in integrum pe
ti non poſsit, præſertim quia eſt
quædam ſpecies ſupplicationis, vt
ff. de minoribus, l. minor autem
magiſtratus, & quædam ſpecies ap-
pellandi, vt C. de tranſactionib.
l. ſi cauſa cognita, & quia remo-
to vno ſimili, intelligitur aliud ſi-
mile remoueri, vnde nec excipi poſ
ſet & dicit dominus Cinus, quod
vbi remouetur exceptio per ſtatu-
tum*, ibi: *Remouetur in integrum*
25 *reſtitutio, quia per eam peruenire-
tur ad ius excipiendi, ita notat, ff.
de minoribus, l. ſi in cauſa ſecunda,
in additionibus ſuis.*

Vnde intrepidè eſt defen-
dendum, etiam non extante di-
cto reſponſo Regio ad Regnum,
dum inquit: *A eſto vos reſ-
pondemos que eſto eſta ya prouey-
do*, hoc eſt, *que no ſe deue ad-
mitir*, non eſſe concedendam
reſtitutionem aduerſus ſenten-
tiam reuiſionis: nam qui con-
trariam partem tenebant, & li-
tes immortales fieri non time-
26 bant, nec ex eorum duratio-
ne plures expenſas, vexationes,
& damna, quæ proueniunt, eis
non dolebat, & quaſi negantes
poteſtatem Regis, qui limites
poteſt ponere, & finem litibus,
quod iura communia tam Pon-
tificia, quàm Cæſarea procla- 27
mant, ſuntquè vulgaria, cap.
finem litibus de dolo, & con-
tumacia, l. properandum, C.
de iudicijs, & alibi ſæpè verba
generaliſsima dictæ legis quar-
tæ reſtringebant, quæ clariora
ſunt luce meridiana ad exclu-
dendam reſtitutionem contra
ſententiam reuiſionis, nec vlla
ex authoritatibus contrariæ par
tis magis propria, ſolida, &
vera eſt, quam ea quæ à nobis
ex Baldo dicto conſilio 148. nu-
mero 11. fideliter eſt traducta,
plures autem ex his quos citat
pater Thomas Sanchez dicta
quæſtione 37. numero 22. & an-
te eum Ceuallos quæſtione 808
libro tertio, ex numero 37. vel
ſcripſerunt ante legem noſtram,
& ideò cum non viderint eius
verba, nimirum ſi ita loquantur
cum generalitate communi, &
fauore reſtitutionis, & quod ve-
rius eſt, non loquutos in termi-
nis adeò fortibus & excluſiuis,
prout loquutus eſt Baldus lo-
co quem citaui, quem nec Aze-
bedo, nec Ceuallos retulit, &
nullus eſt qui melius & propius
loquebatur.

Infertur ſecundò, non eſſe ad 28
mittẽdã contra ſententiam reui
ſionis reſtitutio in integrũ con-
ceſſa maioribus ex clauſula ge-
nerali, quia licet fauorabilior ſit
quam

quam ea quæ minoribus conce-
ditur, vt adducit Caldas Pereira
in l.ſi curatorem, verb. per quod
priſtinum ius recuperant, num.
51.fol.429.differentiam conſti-
tuens ex eo quod reſtitutio ex
cauſa minoris ætatis procedat à
29 iure ſpeciali: at verò illa, quæ
maioribus ex clauſula generali
conceditur à iure cõmuni, ita e-
tiam reſoluit Ioan.Gar.de nobi-
lit.gloſ.6.§.2.n.28. atquè ideò
30 fauorabilior reſtitutio ex clau-
ſula generali, quemadmodum te
ſtamentum pagani, magis faue-
tur, & ſuſtinetur quam militare,
ex l.eius militis, §. militia miſ-
ſus, ff.de militari teſtam. §. quia
veroſimile, in authent. de non a-
lien. qua ratione ſemper apud
31 nos mihi viſum fuit fortiorem,
& magis perpetuam eſſe cau-
ſam meliorationis, & vinculi,
*por via de tercio y quinto hecha en*
*teſtamento ò contrato, que no por fa-*
*cultad Real,* quæ cum non ſit ma-
teria noſtra, pro nunc in ea non
inſiſto: veriſsimũ autem eſt, re-
ſtitutionem maiori competens
ſublatam eſſe per verba dictæ le
gis quartæ, & ex eorum vi, &
energia, ita reſoluit Cardinalis
Tuſchus, ſub litera R. conclu-
ſione 296. numero 8. & 11. ex
Angelo dicto conſilio 10. quem
citat, & licèt lex noſtra expreſ-
sè non tollat omnem defenſio-
nem per hæc directa verba, per
ęquipolentia illam amouiſſe eſt
cenſendũ, dũ inquit, *Y que por las*
*dichas ſentencias ſe entiendan ſer a-*
*cabados los pleytos, ſin que ſe puedan*
*boluer a mouer, tratar, ni ſuſcitar en*
*manera alguna,* intellige cõtra ſen
tentiam reuiſionis, per quam lis
fuit finita, vt ſtatim declarabi-
mus.

Sed offert ſe nobis ardua, & 32
vtilis dubitatio, an prædicta ver 33
ba, & deciſionem, & vltimam
eius declarationẽ anni de 1610.
ſit ſublata reſtititutio prætextu
inſtrumenti reperti ad retra-
ctandam ſententiam reuiſionis,
circa quam quæſtionem eſt de-
ciſio legis 19. titulo 22. part. 3.
Cuius verba relata, etiam à Ioã-
ne Garcia de nobilitat. gloſ. 6. §.
2. talia ſunt: *Maguer moſtraſſen* 34
*deſpues cartas, o priuilegios que o-*
*uieſſen fallado de nueuo, que fueren a*
*tales, que ſi el juzgador las ouieſſe*
*viſtas antes que el juyzio dieſſe, juz-*
*gàra de otra manera fueras ſi el juy-*
*zio fueſſe dado contra el Rey, ò con-*
*tra ſus perſoneros, en pleytos que per-*
*tenecieſſen a ſu Camara, o a ſu ſe-*
*ñorio.*

Ex qua colliges duo axioma-
ta: primum, per beneficium re-
ſtitutionis non retractari ſentẽ-
tiam latam contra priuatũ prę-
textu inſtrumẽti, quod de nouo
ſit repertum: ſecundum eſt re-
tractationem admitti dicto caſu
in fauorem Fiſci, extendit Beroi.
in cauſa Eccleſiæ pupilli, & Rei-
publicæ, deciſ.307. prope finẽ, &
in cuiuſlibet priuati fauorẽ præ-
textu reſtitutionis ex clauſula 35

 ge-

generali, ſi qua mihi, quod & idẽ tenuit Gregor. Lop. in dict. l. 19. tit. 22. part. 3. & poſt omnes plura & plures bene referens Cardinalis Tuſchus ſub litera S. concluſ. 160. Cuius inſcriptio eſt, ſententia ex quibus ſit retractãda, agit de noſtro articulo ex numero 20. 21. & ſequentibus, qui vidẽdus eſt, cum caſus occurrat, & ex noſtratibus Ioannes Garcia de nobilitat. gloſ. 6. §. 2. ex numero 5. vbi latè & abundè, cuius dicta & Boerij deciſ. 307. quẽ citat, intellige, & reſtringe ad ſententiam quamlibet, quæ faciat rem iudicatam, & contra tres conformes, prout ipſe tenet & fundat, & eadem ratione in
37 duabus conformibus, in cauſis Eccleſiaſticis in Indiarum Regnis, quæ executioni mandatur ex Bulla Gregorij XIII. data anno 1578. quia non excludit reſtitutionem, & quo caſu contra tres ſententias conformes ei locus erit, pari modo apud nos contra duas, conducũt, quæ adduximus ex Thoma Sanchez ſupra num. 13. & alijs: non verò contra ſententiam reuiſionis lata in Regali Chancellaria, vel Conſilio, quo caſu per eam lis fuerit finita, & ſupplicatio non admittatur, quia ſi eſt locus ſupplicationi ſecundæ, *con la pena y fiança de las mil y quinientas doblas*, vel apud noſtra Indiarum Prætoria, *de ſeis mil peſos enſayados, en que ſe aya empeçado por caſo de Corte el pleito*, tunc equidem contra ſententiam reuiſionis, *de la Audiencia, auiendo grado de ſuplicacion*, ea interpoſita, & de nullitate dici, & reſtitutio minoritatis, & ex clauſula generali peti poterit, quia lis pendet, & non eſt finita, tum etiam quia deficit ratio, & diſpoſitio dictæ legis quartæ, quæ excludit nullitatem, & alia remedia, *en los caſos que no ha lugar ſuplicacion*. Ergo cum ei locus fuerit, non habent locum dictæ excluſiones, quod clarius infra dicit: *Pendiente el grado de la ſuplicacion ordinaria, por eſtar ſentenciados en viſta, ò la ſegunda ſuplicaciõ de la ley de Segouia, oponiendoſe de nulidad de las dichas ſentencias, en qualquiera manera que aquella ſea, y ſe alegue ſe aya de reſeruar y reſerue para determinar ſobre la dicha nulidad, juntamente con el negocio principal.* At verò, vt iam ex Baldo dict. conſ. 148. lib. 1. num. 11. probauimus ſup. num. 24. Reſtitutio in integrum inducit nullitatem, & eſt ſpecies nullitatis, eique ſimilis, atque ideò nullitate excluſa excluditur dicta reſtitutio, vt iam fundauimus: nullitate verò non excluſa, ſed admiſſa & data forma procedendi in ea, prout fit in caſibus relatis in dict. l. 4. ad finem, admittetur pari modo reſtitutio.

Quibus & his quæ reſoluimus 39
non obſtat lex 2. tit. 20. Recopil. dum loquendo, *de la viſta y determinacion de los pleytos de ſegunda*

ſu-

*ſuplicacion*, inquit. *Que los Iuezes a quien las cometieremos las vean y determinen de los miſmos autos del proceſſo, ſin recebir eſcrito, ni peticion, y ſin dar lugar a otras nueuas alegaciones, ni prouanças, ni eſcrituras, ni dilaciones por via de reſtitucion, ni en otra manera alguna*, quia illud intelligitur poſtquam reuiſio,& determinatio cauſæ eſt commiſſa, & delegata à Rege domino noſtro: ſecus verò antequam introducatur coram eo, quia corã dominis de Chancellaria, contra ſententiam reuiſionis ab eis latam, quo caſu interpoſita ſit ſecunda ſupplicatio gradu eius exiſtente, antequam proceſſus tradatur, poteſt dici de nullitate,& reſtitutio peti, vt iam prouauimus ex dicta lege quarta,& eius verbis: Non verò coram dominis Conſiliarijs, Commiſſarijs, vel Delegatis ad cauſam diffiniendam, quia debent eam videre,& diffinire, ex eiſdem actis qui trahuntur à Chancellaria.

Itaquè, vt ad rem redeamus, non debemus ſequi opinionem Ioannis Garciæ, dicta gloſ. 6. §. 2. num. finali, admittentis reſtitutionem, *contra la ſentencia de reuiſta*, quo caſu lis iam ſit per eam extincta & finita, nec ſit locus ſecundæ ſupplicationis, quia in rigore, etiam quoad probationẽ ſolutionis antea factæ non admittenda eſt reſtitutio, tametſi inſtrumentum de nouo ſit repertum,& concurrant ea, quæ adducit Boer. dict. deciſ. 307. & ipſe Ioannes Garcia ex n. 5. & poſt eos Tuſchus concluſ. 160. ſub litera S. Ceſſatquè iam reſolutio Gregor. Lop. in dict. l. 19. tit. 22. part. 3. & differentia actoris, vel rei, quam Gregor. conſtituit, à quo diſentit Ioannes Garcia vbi ſupra.

Siue igitur actor, vel reus ſit, non reſtituetur contra ſententiã reuiſionis, eo caſu quo diximus, etiamſi inſtrumentum quietationis, vel ſolutionis inuenerit, quod attentis verbis dictæ legis quartæ, & reſponſi anni 1610. Ad eius declarationem in iuris noſtri rigore videtur excluſum, ſicut antea in alio non minus fauorabili caſu contra ſententiam 41
Præfectorum Prætorio fuit facta excluſio redargutionis falſitatis poſt eam latam in l. finali in fin. C. de fide inſtrument. vt Boerius reſoluit dict. deciſ. 307. num. 1.

Reſultare videtur ex hac propoſitione, quã aſſeueramus, maximè in tam euidenti,& fauorabili cauſa, & in qua ſiue actor, ſiue reus non potuit eſſe præuenuentus ad inueniendum inſtrumentum, quo nunc eſt vſurus, vt in caſu legis admonendi, ff. de iure iurando, poſtquam cauſa eſt deciſa, vt illa lex probat, & finaliter hæc reſolutio, ſiue excluſio huius caſus videtur nutritiua peccati, quia præſtat occaſionem, vt quis cum aliena iactura

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

ra locupletetur, & quod ſi conſtet de veritate, quandocumquè eſſe iudicandum ſecundùm eam,
42 exclamat partem admittendæ reſtitutionis ſequutus Ceuallos dict. quæſt. 806. num. nec de his quæ adduximus in hoc caſu ſpeciali de nouis inſtrumentis repertis aliquam mentionē fecit, pro quo vltra prædicta eſt caſus, textus in l. qui agnitis, ff. de exceptionib. cum adductis mirabiliter à Bald. in l. 1. C. de condict. in debiti, num. 3. cuius dicta hodie ceſſant, vt poſtea dicam: fateor equidem magnam continere difficultatem ex fauore huius partis, nec minorem ex fine litibus appoſito à noſtris legiſlatoribus.

Sed nihilominus in eadem cōcluſione, quā dixi, reſideo, & in caſu inſtrumenti de nouo repertilis moueri poteſt, & actio ſupereſt non ad retractandam ſententiam reuiſionis, eiuſquè executionem impediendam, etſi is
43 in cuius fauorem condemnatio facta eſt reperiatur doloſus, quia ipſemet, vel eius anteceſſor, à quo ius habet, quietationē fecerit, iuxta glo. in l. 2. C. de euictionib. vel ſolutionem acceperit, nullum eſt neceſſarium reſtitutionis auxilium, ſed ex conditione ſine cauſa, vel condictione indebiti repetetur, quod ſolutum eſt ex virtute ſententiæ reuiſionis, ita poſt Iaſ. in l. Imperatores, ff. de re iud. concludit videndus Ioan. Gar. de nobilit. gloſ. 6. §. 2. num. 8. verſ. Simile, quod remedium tanquàm ordinarium, & in noua actione nouiſquè ſcripturis fundatum cōpetit ex noua lite ad repetendū indebitè ſolutum, nec habet iā locum retractatio ſententiæ reuiſionis, de qua idem Ioan. Gar. vbi proximè, quia eſt executioni mandanda, nec aduerſus eam ſupplicatio admittitur, non extante, vt iam diximus, gradu ſecundæ ſupplicationis, quia hoc ſemper ſupponitur: eſt etiā recurſus ad Principem, vt audiat ex hac iuſta cauſa, de quo per Bartol. Bald. Alexan. & Iaſ. in d. l. Imperatores, relati à Ioanne Garcia dict. num. 8. maximè Boerius deciſ. 307. per totam.

Sed grauiter prædictis obſtat 44
indebiti ſoluti per ſententiam non eſſe locum condictioni, vel repetitioni, quod eſt commune axioma, ex l. 1. C. de condictione indebit. & in l. Iulianus verū debitorem 60. ff. eodem tit. vbi Bart. maximè, num. 17. reſoluit magiſtraliter rei iudicatæ exceptionem inductam eſſe propter ri 45
gorem iuris conſeruādum, quod quidem maximopere reſpexit noſtra lex 4. tit. 17. lib. 4. Recop. in finalibus verbis, iam ſæpè repetitis, quæ ſunt, vt diximus conformia iuri communi, maximè dicto textui in l. finali in fine, C. de fide inſtrumentor. ibi: Tunc ſatis durum eſt huiuſmodi

querel-

querelę indulgeri, ne in infinitum cauſæ retractentur,& ſopita iam negotia per huiuſmodi viam iterum aperiantur, & cōtrarium noſtro eueniat propoſito.

46 Sed profectò ſumma æquitas expoſcit, vt in hoc caſu repetitio detur, non obſtante diſpoſitione legis quartæ, iā allegatæ, quæ forſam iniuſta,quatenus toleret hoc remedium, iudicari poſſet,quia in euidenti caſu prætextu ſententiæ reuiſionis locuples quis eſſet cum dolo,& aliena iactura,ad contrarium quod magis vrget de non repetendo indebito, ex cauſa iudicati ſoluti eſt reſpondendum, text. in l.1.C. de condictione indebiti, cuius verba: *Pecuniæ indebitæ per*
47 *errorem non ex cauſa iudicati ſoluti eſſe repetitionem iure condictionis nō ambigitur*, cum Bald. in eadem l.1.num.7.dari remedium ei, qui poſt ſententiam condemnatoriā inuenit inſtrumentum ſolutionis,verba Baldi ſunt,quia notabilia: *Tertio quæritur,an ei qui poſt ſententiam condemnatoriam reperijt inſtrumentum ſolutionis, aliquo iure ſuccurratur? quidā quod ſic argumēto dictæ legis admonendi, præſertim ſi iſta ſolutio continet factum actoris,qui de ſuo facto debuit eſſe certus, vt in cap.ab excommunicato de reſcriptis lib.6.* allegat Petrum de Bellapertica,& Iacob.de Aret. tenentes contrarium,quibus reſpondet:at verò textus in dict. l. admonendi,ff.de iur.iurand.pōderandus eſt,dum inquit: Permitti ex integro cauſam agere, ſiquis noua inſtrumenta ſe inueniſſe dicat,&c. Non vt retractetur ſententia antea lata,quia iura in priuatis hæc prohibent,ex l.Imperatores,ff.de re iudicata, l.19.tit.22.part.3.ſed quod noua actione, nouis inſtrumentis agatur ad repetendum, id quod indebitè,& ſine cauſa debita indebitè virtute ſententiæ fuit ſolutum,quod quidem non repugnat legi noſtrę quartę,in illis verbis: *Y que por las dichas ſentencias ſe entiendan ſer acabados y fenecidos los dichos pleytos,ſin que ſe puedā tornar a mouer, ni tratar en manera alguna*, quia loquitur de litibus iam motis,& finitis,non verò de noua lite ex noua cauſa reperti inſtrumenti ſolutionis,vel quietationis,poſtea inuenti, quia eſt diuerſa cauſa litigandi,& ſic nō obſtat rei iudicatæ exceptio, l. cum quæritur, cum ſeqq. ff. de exception. rei iudicatæ,c. ſuborta de re iudicata: deniquè ſic eſt tenendum,ſic eſt intelligendum, vt in caſu tam manifeſtæ iuſtitiæ, legem illam quartam, eiuſquè ſtrictiſsima verba ab iniuſtitia defendamus, textus verò,in l. Iulianus verum debitorem 59.ff.de condictione indebiti,loquitur, quādo verè debitor qui naturaliter tenebatur ad debitum exoluendum,abſolutus à Iudice ſoluit, quod verè debebat,

bat, quia illud non repetit, cum fuerit exiſtentia debiti veri, qui eſt diuerſus caſus à noſtro. Textus autem in l. non poſtea, ff. de iure iurand. cuius intellectus pēdet à lege, ait Prætor antecedenti, eſt, quando quis detulit iuramentum actori, qui iurauit, reū ſibi debere, in hoc quidem iureiurando deciſſorio litis delato, ceſſat repetitio, tametſi indebitum allegetur, eſt enim iudicati
48 actio ad exigendum conſtituta, l. actori, C. de rebus creditis, & iure iurand. l. miles, §. vltimo, ff. de re iud. Scimus autem id maximè debitum eſſe, quod ab inuito exigi poteſt, l. debitor, ff. de verbor. ſignifi. at cum deferente reo actor iurauerit, ſibi deberi, quod ex ea cauſa ſolutū eſt, repeti non poſſe, l. nam poſtea, ff. de iure iuran. verè hoc quoquè ſed quia debitum ſolutum eſt, non quia iam indebitum contra regulam repetatur: nam & hìc non minus actio eſt ex cauſa iuriſiurandi, quam ex cauſa iudicati, l. actori, C. de reb. credit. §. item ſi quis, inſtit. de action. verba ſunt Hugonis Donelli de iure ciuili, lib. 14. cap. 15. fol. 173. num. 30. reprobans acutè Acurſij reſolutiones in l. eleganter 23 §. vltimo, ff. de condict. indebiti, & in §. is quoquè, inſtit. quibus modis recontrahitur oblig.

Itaquè iam concludimus ex prædictis prætextu inſtrumenti de nouo reperti, ex vi reſtitutionis per clauſulam generalem, ſiue minoris ætatis, vel cuiuſlibet fauoris Eccleſiæ, vel Reipublicæ non eſſe hodiè locum retractationi ſententiæ reuiſionis, per quam lis in Regia Chancellaria ſit finita, probat dict. l. 4. cōprobat, & dubium tollit cap. Curiarum anni 1610. eſtquè obſeruanda ad literam, quoad ſententiam reuiſionis, l. 19. tit. 22. p. 3. nec extenſio æquitatis ad eam retractandam admittitur, ceſsāt què opiniones Doctorum, quas retulit Gregor. in eadem, & Ioā. Garcia dicta gloſ. 6. §. 2. ex numero 5.

Inſtrumento autem de nouo reperto, in quo continetur ſolutio, vel quietatio, ſeu tranſactio, vel chancellatio debiti, ad cuius ſatisfactionem quis fuit condemnatus, non impedire executionem ſententiæ reuiſionis, eaquè facta remedium ſupereſſe, ex l. eiuſdem tituli 17. lib. 4. Recop. ibi: *Y que hecha la execucion le quede ſu derecho*, quod autem ſit hoc, iam prædiximus per nouam litem, nouiſquè actis, & ſcripturis, nouam cauſam introducendam ad condictionem indebiti, vel ſine cauſa, vt reſtituatur iniuſtè exactum à reo, prout ſupra fundauimus, & concluſimus.

Declarātur prædicta, vt ſit inſtrumentum liquidum, certum, 49
& authoratum, de quo non poſſit eſſe dubitatio, illudquè continere ſolutionē, vel quietationem,

nem,ex qua conſequatur reus liberationẽ,non verò aliud, quod licèt ad cauſam finitam attineat,& eius merita reſpicere potuiſſet,vt reus abſolueretur, vel actor obtinuiſſet,venit admittẽdum,quia repugnat dict.l. finalis in fine,C.de fide inſtrument. & verba, & mens dictæ noſtræ legis quartæ:in hac autem productione,& noua lite ſunt ambæ partes audiendæ : agens ad repetitionem,& reus ad fortificandum ius ſuum , quod in caſu fortiori de allegatione teſtium, qui corrupti ſunt, propter quorũ dicta petitur retractatio ſententiæ,tenet Baldus in dicta l. 1. C.de condict. indebit. num. 4. verſ.Vnde pone , quod petitur repetitio , quod remedium iam hodie ceſſat:vt ſtatim dicam.

50 Secundo declaratur noſtra lex,& vniuerſa materia , vt non procedat in Fiſco, in quo extãt iuris communis ordinariæ leges,& dicta lex 19.tit.22.par.3. cui non eſt derogatum per dictã legem quartam,& eius declarationẽ dicti anni 1610. quia poſterior lex generalis non derogat legi ſpeciali antea diſponenti ſuper iure ſpeciali, l. 3. & ibi gloſ.C.de ſilentiarijs lib.12.Bartolus in l.ſed & poſteriores,ff.de legibus,vnde fit huius veritatis concluſio,quæ deducitur veriſſima per combinationem,& cõcordiam legis ſciendum , ff. qui ſatiſdar. cogant. cui non eſt derogatum , quatenus ab excuſatione ſatiſdationis in eo qui poſſidet immobilia,per authenticã offeratur , C. de litis conteſtat. quia illud remanet in ſua diſpoſitione ex dict.l. ſciendum , nec corrigitur per ius nouum authẽticæ : pari modo in noſtro caſu, nec confuſum,nec derogatũ eſt Fiſci priuilegium,quod extat ex dict.l.Imperatores,ff.de re iud. & ex l. 19.tit.22.par.3.

Colliges licèt non per hæc fundamenta quæ neceſſaria ſunt ad noſtram reſolutionem,colliges,inquam,ex adductis à Ioanne Garcia de nobilitat.dict.glo. 6.§.2.num.5.& ſeqq.

Id verò quod exaltat num.10. 51
de extenſione facienda ad teſtes
de nouo repertos , vt ſit idem,
quod de inſtrumentis, quæ de
nouo fuerint reperta, intellige,
& reſtringe ad Fiſcum in noſtro
caſu ſentẽtiæ reuiſionis,per quã
finita lis fuit,non verò in alijs,
quantumuis priuilegiatis, quod
attinet ad reſtitutionem admit-
tendam,quando eſt irretractabi
lis executio ſententiæ,vt admit-
tatur,magnum continet dubiũ, 52
extantibus prædictis fundamen
tis in caſu de quo loquimur, ſci-
licèt,lata ſententia reuiſionis , à
qua non poſsit ſupplicari, nihi-
lominus magnam æquitatem cõ
tinet,quam in hoc puncto adeò
conſiderabili adducit idem Re-
gius doctiſsimus Fiſcalis, dicta
gloſ.6.§.2.num 23.ac propterea
co-

cogitabis, allegat equidem plures authoritates Pauli Caſtrenſis, Boerij, Roderici Suarez, & Capellæ Tholoſanæ, quas videre poteris pro ea parte, quam defendit ex eo vero capite, ex quo innocens pateretur, ſi non audiretur in reſtitutione poſtulata, iniqua eſſet lex, & reſolutio hanc tollens veram & naturalem defenſionem, dixi veram, quia ſi affectata non concludens calumnioſa, nec veriſimilis ſit, non eſt de ea curandum, argumento cap. ſuſcitata, cum materia de in integrum reſtitutione, etſi in hanc partem, vt veriorem me inclinem, eique aſſentiar, quantumuis extantibus contrarijs fundamentis, cogitabis tandem.

53 Extenditur prædicta reſolutio de non retractanda, neque annullanda reuiſionis ſententia per quam lis fuit finita, vt procedat etiam ſi opponatur corruptio iudicum, vel alicuius ex eis, (quod abſit) nam etſi verum ſit, iudicibus pluribus exiſtentibus eiuſdem cauſæ, ſi alijs ignorantibus vno corrupto ſententia ſit
54 nulla, ex doctrina Ioannis Andreæ, ſic reſoluentis ad Speculatorem lib. 2. tit. de ſententia, §. iuxta octauum, in additione verò cum ab omni quem remiſiuè reſolutione non adhibita, refert Auiles cap. 1. verbo, *donacion*, num. 8. tamen ex vi, & verborū
55 energia, & excluſionem nullitatis, de qua in dicta l. 4. non eſt admittenda hæc nullitas contra ſententiam reuiſionis, per quam lis fuit finita.

Extenditur, etiam ſi per falſos teſtes, falſaque inſtrumenta, & ſcripturas allegetur, & opponatur reuiſionis ſententiam, per quam finita lis fuit, latam fuiſſe, de qua ſemper loquor, quia non eſt admittenda hæc nullitas, & fundamentum huiuſque reſolutionis ratio deducitur, non ſolùm expreſsione excluſionum, quas adhibet dict. l. 4. tit. 17. libro 4. Recop. Sed etiam ex iure communi per legem finalem, in §. vltimo, C. de fide inſtrument. & adductis per eam à Boer. deciſ. 307. num. 1. vbi reſoluit ſententiam Præfectorum Prætorio, 57
prætextu quod fuerit lata per falſa inſtrumenta, non poſſe retractari, idem dicendum eſt de teſtibus, per l. in exercendis, C. eodem tit. de fide inſtrumentor. nec propterea quod lis ſit quoad partes finita, eſt etiam quoad reos criminis falſitatis, quia puniri, & caſtigari poſſunt, & debent condemnari in pœnis debitis, & in intereſſe partis ob ſuum crimen damnificatæ, quia huic 58
reſolutioni non ponit limitem, l. 4. ſupradicta, nec condemnationem, & pœnas falſorum teſtium, vel producentis inſtrumētum, ſeu conficiente illud falſum prohibet, ſed quod de retractatione, & nullitate ſententiæ re-

reuiſionis amplius non agatur, extat, quocumquè tempore de falſitate conſtet, diſpoſitio legis finalis, titulo 17. libro octauo Recopilat. & videnda ſunt pro hac retractationis materia de falſis teſtibus extra caſum noſtrum iura ordinaria, & ibi tradita, ſcilicèt, cap. ſicut nobis de teſtibus, & l. diuus, ff. de in integrum reſtitutione, & pro prædictorum intellectu nouiſſimè Riccius libro quinto, collectanea 1501.

59 Falſificans acta perdit cauſam, l. in fraudem, §. quoties, ff. de iure Fiſci, vbi gloſſa & Bartolus, ſecus in producente teſtes falſos, quia ſolum reſtituitur cauſa, & ſententia anullatur, & de nouo incipit ex Bancio de nullitate ex defectu proceſſus, numero 141. vbi quid
60 de corrumpente Aduocatum, vel Procuratorem aduerſæ partis, quicquid ſit contra reuiſionis ſententiam non admittitur reſtitutio, de qua per Bancium dicto numero 141. videndus eſt etiam Azeuedo in l. finali, titulo 17. libro 8. Recopil. num. 16. & Iulius Clarus quem citat.

Et vt breuiter nullitates e-
61 numeremus ex antiquis & modernis, qui breuiori methodo eas refert eſt Aloiſius Riccius, nouiſſimè libro quinto, collectanea 1480. & ex his quas referam ſolummodo illæ, quas enumerabo admittentur contra ſententiam reuiſionis, & non aliæ præter eas quas annotauerim, eſt prima ex defectu citationis ad audiendam ſententiam, Farinacius deciſione vigeſima ſexta, de qua non eſt curandum apud nos: Secunda 62
relata à Puteo Cardinali, deciſione 252. libro ſecundo, in caſu contumaciæ. Tertia, ſi plus debito ſententia continet, Puteus deciſione 323. libro primo. Quarta, ex defectu iuriſdictionis & mandati, quæ notabiliter reſolue, procedere, etiam ſi poſt latam ſententiam appareret, illum non eſſe Procuratorem, Guido Papè, deciſione 208. Farinacius deciſione prima, poſt deciſiones Rotæ. Quinta, ex defectu citationis perſonalis, quæ cum ſit de iure naturali declarata, & inducta à poſitiuo iure formaquè ei data, ſi deficiat materia & ſubſtantia prima citationis, admittitur hæc nullitas contra ſententiam reuiſionis, etſi per eam
lis finiatur, omittendo plura 63
vulgaria quæ adducere poſſem, maximè ex cap. primo de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, & Clementinæ Paſtoralis de re iudicata, ita in noſtris terminis reſoluit Azeuedo in eadem l. quarta, poſt Auendañum, quem citat de ſecunda ſupplicatione, num. 4. qui tenet excluſam non eſſe nullitatem quæ prouenit

ex defectu iuris naturalis, qua-
lis eſt prædicta citationis per-
ſonalis, & pari modo idem eſt
64 dicendum de ea quæ ex defe-
ctu mandati procedit, hoc eſt
quando apparet, eum, cum
quo cauſa nomine abſentis eſt
proſequuta, non fuiſſe Procu-
ratorem ex Guidone Papè eiuſ-
què additionatore dicta deci-
ſione 208. Farinatius deci-
ſione prima, quæ etiam ho-
die extant, & ſunt obſeruanda
in noſtro caſu ſententiæ reui-
ſionis, per quam lis finiretur,
quæ pro non finita eſt haben-
da, ſi pars contra quam fuit la-
ta, nec audita, nec citata fuit,
& ſimiliter ſi cum ſuppoſito,
& falſo Procuratore, qui ve-
rè Procurator non fuit, proceſ-
65 ſus fuit ordinatus contra ab-
ſentem, & ignorantem, & ſen-
tentia aduerſus eum lata. Sex-
to redditur nulla ex defectu
iuramenti de calumnia, ſi bis
fuerit petitum, & non præſti-
tum, vt eſt communis praxis,
pluribus fundata iuribus, & au
thoritatibus vulgaribus, quæ
nullitas non admittitur contra
ſententiam reuiſionis. Septima
in non obſeruatione termino-
rum ſubſtantialium, Riccius
vbi ſuprà, quæ nec etiam eſt ad-
mittenda in caſu ſententiæ re-
66 uiſionis. Octaua, ſi in citatione
non ſint obſeruata tradita in
Clementina ſecunda de re iu-
67 dicata. Nona, ſi apparet de ci-
tatione Procuratoris reuocati
per alium Procuratorem, Fari-
nacius deciſ. 41. vbi latè Ricci.
vbi ſuprà.

Decima, ſi termini, quos Iu- 68
dex cœpit ſeruare, non inuenian
tur ſeruati, Bellamera deciſio-
ne 27. & 160. Caſsiadorus de-
ciſione ſecunda de iudicijs, & de
ciſione octaua de foro compet.
Vndecima, ex defectu mandati 69
Procuratoris fratrum, quia Pro
curator Generalis totius ordi-
nis non poteſt pro vno Conuen-
tu comparere. Faſtolus, quem ci
tat Riccius vbi ſuprà, deciſ. 23.
Duodecima nulla erit ſententia 70
ob non integram tranſportatio-
nem actorum, Farinatius deci-
ſione 106. Riccius vbi ſuprà re-
ferentes, ita eſſe reſolutum per
Rotam in quamplurimis cau-
ſis, quam quidem nullitatem ſi-
ne dubio admittendam cenſeo
contra ſententiam reuiſionis,
conſtito de defectu tranſporta-
tionis omnium actorum, hoc
addito, ſi ea quæ defecerunt ſub
ſtantialia ſint ad ipſam cauſam,
partiſquè iuſtitiam fundandam,
ſi ſit actor, vel defendendam ſi
reus ſit: tum ex defectu natura-
li partis, ſcilicèt, condemnatæ,
& non auditæ intra limites pro-
ceſſus, qui deferri debuit inte-
graliter, & non fuit traductus, ni
ſi diminutus, tũ etiã ex falſa cau
ſa, quæ ſentẽtia cõtinet, quæ eſt
relatio ad acta cauſæ, ibi: *Viſto
eſte proceſſo, &c.* qui nõ fuit iuſſus

ſi acta

ſi acta eius non fuerint inſpecta,
71 quia non traducta ſententia, itaquè errorem, vel falſam cauſam & relationem continet, & error iuris vel facti reddit ſententiam nullã, l. ſecunda, C quãdo prouocare non eſt neceſsè, l. 19. verſiculo, *Otroſi dezimos, el primero*, titulo 22. part. 3. l. 4. titulo 16. part. tertia, Alexand. conſilio 75. numer. 4. libro quinto, Decius in cap. quoniam contra falſam, numero 35. de probationibus, Maranta 1. part. & à numero 50. & quarta part. verſicul. Deciſſoria iudicij, numero 117. & 118. Gracian. videndus regula 417. Menochius de præſumptionibus libro primo, præſumptione 67. numero 50. nec oberunt vrgentiſsima verba legis quartæ ſupra dicti titul. 17. libro 4. ibi: *Aunque conſte de los miſmos autos*, quia hoc intelligitur de actis viſis, & examinatis in proceſſu, qui in aula per Relatorem cauſæ fuit traductus, & viſus, non verò extenditur ad acta non viſa, nec traducta quæ pertinent ad proceſſum, & ad ſubſtantiam iudicij, & iuſtitiæ, itaquè, quando adeſt hic defectus, actaquè quæ non fuerant traducta, vel malitia delecta & ſeparata à corpore proceſſus non ſunt viſa, nullitas euidens eſt, quæ ex vniuerſalitate verborum dictæ legis quartæ ſublatam fuiſſe, per quã iniquum eſſet, vt in alio propoſito nõ diſsimilis rationis inæqualitatis dicit Conſultus in l. verũ 63. ff. pro ſocio.

Decimatertia nullitas eſt ob 72
non ſeruatos terminos ſubſtantiales iudiciorum, Farinacius deciſione 109. de qua apud nos non eſt curandum contra ſentẽtiam reuiſionis, per quam lis eſt finita.

Decimaquarta, ſi inueniatur 73
ſententia lata contra pupillum penitus indefenſum, Farinacius deciſione 115. quod diſtingue quoad nos: nam ſi datus nõ fuit curator ad litem, vel tutor cauſam non fuit proſequutus, nec acta, nec ſentẽtia valere poſsũt, quia penitus eſt pars pupilli indefenſa, & acta omnia, ad quæ ſẽtentia ſe refert, euidenter nulla, de qua nullitate latè agitur in l. clarum, C. de authoritate præſtãda, cum cõcordantibus, locumquè, vt credo, habebit contra ſententiam reuiſionis per quam lis fuit finita, ex capite omnimodæ defenſionis, & ſubſtantiæ deficientis, quod raro, vel numquã accidit, quia ſemper per Relatores, Senatores, & Auditores vident, & ipſi qui litigant eorũq; Aduocati, anſint partes litigãtes legitimatæ, antequam ad duas ſententias ferendas perueniatur, quod cum inſpiciatur, videatur, & reuideatur iuſtiſsimis de cauſis finiendarum litium, vt iam ſæpè diximus finis fuit impoſitus eis per dictã legẽ quartam,

& deficiente decreto curatoris ad litem, vel quod tutor litigauerit pro ſuo pupillo, vel curator pro ſuo minore, vel adhibito procuratore litium ab eis, an ei hæc acta cum nulla ſunt, & iam ſit ſententia reuiſionis cogita, quia vrgent maximoperè verba dictæ legis quartæ: ceſſabit dicta nullitas in minore adulto, qui litigauerit ſine curatore, ſi iuramentum præſtiterit de non contraueniendis actis à ſe geſtis virtute mandati à ſe ſine curatore dati, ita Guido Papè, deciſione 494. quam iam habui, & pro ea obtinui in praxi, & mandatum, & acta ſine dicto iuramẽto ſint nulla, eoquè exiſtente valida. Alterum membrum huius diſtinctionis, ſi ritè & rectè iudicium formatum eſt, ex parteque minoris, ſiue actoris, vel rei acta validè confecta: an ſi non fuerit defenſus ſit ſententia nulla, in ea quæ eſt lata in gradu reuiſionis, per quam lis fuit finita, non ſuperſt, niſi remedium reſtitutionis pupillo, vel minori, indefenſoquè, & vt iam probauimus ſublata eſt, atquè ideò non admittenda, etiamſi recurſum non habeat contra procuratorem, tutorem, vel curatorem bonorum, vel litis propter paupertatem cuiuſlibet eorũ, ad quod conducunt verba noſtræ legis quartæ, ibi: *Ni para que dellos ſe pueda boluer à tratar en manera alguna.* Tum etiam, quia ex parte iudicum non fuit facta iniuſtitia ex relatione actorum, quæ ab eis ſunt viſa.

74

Decimaquinta nullitas ſententiæ eſt, ex capite notoriæ iniuſtitiæ, quæ continetur in eadẽ ſententia, ac propterea reuocanda, idem Farin. deciſ. 103. Riccius dicta collectanea 1480. quæ nullatenus admittenda, nec audienda contra ſententiam reuiſionis in Chancellaria lata, per quam lis fuit finita, imò puniendus acriter, qui talia dixerit, non ſolum per petitionem in iudicio prȩſentatam, ſed etiamſi verbaliter in hoc prorrumperit, qui ſe velit, recurrat ad Regem, à quo ſunt & debent obſeruari, quæ diximus in hoc propoſito, in tract. de caſibus Curiȩ, ex n. 75 76

Decimaſexta nullitas in meo ordine erit in ea ſententia, quãtumuis ſit reuiſionis, quæ plures ſenſus varios habere poteſt, ita vt cauſa propter dubitationem, & varietatem indeciſa maneat: nam eo caſu eſt ipſo iure nulla, Bancius de nullitate ex defectu proceſſus, num. 101. & 102. Maranta 2. par. verſ. Iudicij definitio, à n. 32. & 33. & in 6. p. verſ. Deciſſoria iudicij, n. 120. praxis autẽ receptũ habet, vt petatur à dominis declaratio, quæ eſt pars ſententiæ ipſius, vt ex l. hæredes palã, §. 1. verſ. Quod verò quis obſcurius, ff. de teſtamẽtis, in declaratione teſtamenti eſt introductũ, quando obſcura vel du- 77 78 79

dubia verba inſeruntur, nec
enim declaratio eſt noua diſpo-
ſitio, vt probat iſte textus, ibi:
Nihil enim noui dat, ſed iam
datum ſignificat, quo fit, vt Iu-
dices qui habent declarare, non
80 poſſunt niſi ſemel, & quilibet
alius, nec amplius variare poſ-
ſunt, vt ex gloſſa in l. quicquid
aſtringendæ 99. ff. de verborum
obligation. reſoluit Bertachi-
90 nus, verbo, declaratio. Vnde
etiam deducitur à declaratio-
ne, ſi fuerit adhibita in ſenten-
tia interlocutoria, vel diffi-
nitiua lata in gradu reuiſionis,
non eſſe locum ſupplicationi,
quemadmodum nec ab ipſa
ſententia ſupplicari poſſet, quia
eius pars eſt declaratio, vt in
teſtamento & eius declaratio-
ne diximus ex dicto verbo, quod
verò quis obſcurius, l. hæ-
redes palam iam citatæ, & cum
hoc remedio declarationis ceſ-
ſabit hæc decimaſexta nulli-
tas. Si autem tam ſententia,
quam declaratio ambigua ſint,
& perplexa, ita vt plures ſen-
ſus habere poſsit, locus erit,
huic nullitati: Iudices autem
91 ſuperiores, hoc eſt Regiæ Chan
cellariæ Senatores, vt in plu-
rimum ægrè ferunt, vt ab eis
petatur declaratio, & cum ne-
ceſſaria eſt, non deneganda ple
rumquè, tamen reſpondent,
*que la ſentencia ò auto eſtá claro,
y no tiene neceſsidad de declara-
cion.*

Circa ſententias verò, per 92
quas relinquitur via, *para que
quede abierta la cauſa*, vide l. ter-
tiam, titulo 22. part. tertia, vbi
Gregorius, verbo, *toller, ni mu-
dar*, iudicandi tamen actus eſt
indiuiduus, l. in hoc iudicio, ff.
familiæ erciſcundæ, Gutier. con
ſilio 12. numero 24. & 28. & ea 93
in qua ius reſeruatur, nihil de
nouo dat, ſed conſeruat id quod
iam competit, Oldradus conſi-
lio 214. Socinus conſilio 287. co
lum. 2. volumin. 2. Surdus deci-
ſione 8. numero 15. idem deci-
ſione 163. numero 17. & quos 94
effectus producat ſententia, &
qualiter faciat de albo nigram,
& de falſo verum, quoad effectũ
vltra practicos ordinarios, vi-
de Ludouicum Mexiam in prag
matica legis Toleti, folio 3. ſe-
cundo fundamento, quæ eſt me-
lior remiſio, quam viderim, ad
id quod operetur ſententia, quæ
trãſierit in rem iudicatam ſuap
te natura, vt eſt ſententia reui-
ſionis, vel quia ab ea non eſt ap-
pellatum: ſunt quidem quæ-
dam ſententiæ interlocutoriæ, 95
quæ habent vim diffinitiuæ,
*como la de pronunciarſe por Iuez,* 96
*o no.* Sunt etiam ſententiæ diffi-
nitiuæ, quæ habent vim inter-
locutoriæ, *como la dada en re-
beldia contra el reo contumaz*, e-
xempla adducit Maranta ſex-
ta parte, verſiculo, Deciſoria
Iudici, numero 45. & à nume-
ro vigeſimotertio, vſque ad 41.

& à num. 128. eſt l. 2. & 7. tit. 22. part. 3. l. 2. tit. 8. part. 3. vbi gloſſæ, Farin. in praxi, quæſt. 4. à n. 1. Ioannes Garcia de nobilitat. gloſ. 8. à num. 13. 14. & 15. poſt Gomecium de delictis, cap. 1. num. 26. & 27. & ſi ſint plura capitula, ſuper quibus litigatur, & relatis in ſententia, in vnis pronuntiando, in alijs non videtur Iudex in hiſque, in quibus non pronunciauit, abſoluere, tenet Felin. in cap. cum inter de re iudicata, num. 4. vbi etiam quod ſi
97 pronunciat ſuper omnibus, impoſsibile eſt, quod valeat de vnis, & non de alijs, intellige quoad excluſionem nullitatis.

98 Decimaſeptima nullitas eſt ſententiæ contra ſententiã; quæ tranſiuit in rem iudicatam, l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe: ratio autẽ rationis eſt, quia ſecunda nec eſt ſententia, nec vim iudicati obtinere poteſt, vt comprobat dict. l. 1. & eius verba inſinuant, ſuppoſito tamen quod oppoſitum fuerit de prima, non aliter, vt contra
99 Bartolum concludit Ludouic. Roman. conſ. 410. num. 4. per textum in cap. inter monaſteriũ de re iudicata, & retractatur, ſi pars condemnata admiſſa fuit contra eam, ad probandam eius iniquitatem, parte aduerſa non contradicente, nec Iudice reluctante, Decius in cap. quoniam, contra falſam de prob. num. 38. Azeued. in dict. l. 4. tit. 17. num. 4. Menoch. lib. 2. præſumptionum, præſump. 67. num. 53. Gutierrez lib. 1. pract. quæſt. 96. n. 10. & 11. Gregorio Lop. verbo, *Non vale*, verſ. Quid autem ſi petatur executio in l. 13. tit. 22. p. 3. Quod etiam in ſententia reuiſionis, per quam lis finita eſt, locum habebit, ſi fuerit in cauſa ci- 100
uili: nam verba vrgẽtiſsima, quę in fine dict. l. 4. ſunt appoſita, tẽdunt in fauorem partis quæ pro ſe habuit ſententiam: ſi ipſe verò non repugnet, & nõ opponat rei iudicatæ exceptionem, præiudicat, & virtualiter iuri ſuo renũciat, dixi in cauſa ciuili, nã in criminali diuerſum erit, cum non ſolum ſententia reuiſionis 101
feratur contra reum in fauorem accuſatoris, vel denunciatoris ſed Reipublicæ cuius intereſt delicta & crimina puniri, vt ſunt notiſsima & vulgaria iura, atq; ideò in reo condemnato in cauſa criminali non ſeruabitur in praxi prædicta reſolutio, ſed lex quarta, eiuſquè mens & verba: ſi verò de innocentia rei agatur, directo & condemnato eo, pars 102
aduerſa nõ reclamet, forſam ſeruabuntur doctrinæ proximè allegatæ de retractatione ſententiæ, & eius effectu per aliam nõ oppoſita prima.

Decimaſeptima allegatio 103
quæ fieri poteſt contra ſententiam reuiſionis, quando per eam eſt lis finita, eſt error calculi, ſeu computationis, ſi in eadem ſenten-

tentia interuenit, vt aliquando fieri ſolet, vel in ſententia reuiſionis lata, *ſobre cuentas y adiciones*: nam conſtito de errore, quẽ ſententia contineat, eſt retractãda, quatenus ad dictum errorẽ, *declarando por auto auer lugar el yerro de cuenta alegado*, ex l. vnica, C. de errore calculi, ibi: Veritati nõ affert præiudicium, & ibi: Sæpè computabis, cuius ratio tã extat quoad ſententiam reuiſionis, per quam lis finiretur, quam contra aliam quamlibet, & eſt communis ſcribentium ſchola in eadem lege, qui tenẽt, & agunt de dicta retractatione, vt ex Bart. Paul. & Iaſ. & Dec. n. 2. eſt communis cum gloſ. in l. 2. C. de iure Fiſci lib. 10. Alex. conſil. 135. num. 6. lib. 6. Pariſ. conſ. vltimo, num. 26. & 27. lib. 1. Burſatus conſ. 68. num. 44. lib. 1. & conſ. 184. num. 32. lib. 2. Mõtealegre in praxi ciuili, cap. 4. n. 
104 180. & error calculi, ſi ſubſit, nõ ſolum ſemel allegari poteſt, & iterum rationes calculãdæ ſunt, ſed bis, ter, & quater, & pluries, dict. l. 1. vbi ſcribentes, C. de errore calculi, & tenent alij Doctores ex proximè citatis, quod eſt intelligendum, ſi poſtquam ſemel rationes datæ, & calculatæ fuerint, de aliquo errore conſtet, quia non obſtante earum approbatione, vel confirmatione per ſententiam reuiſionis, adhuc manet ius allegandi errorẽ: nam vulgare adagium in Caſtella eſt, *Cuenta errada, que no vala.*

Sententia iniqua, quoad Iudicem qui eam tulit, non tranſit in rem iudicatam, Bartol. optimè in l. 1. num. 9. ff. quod quiſquè iuris, Alexan. ibi num. 16. Angel. num. 3. Bart. etiam in l. item ſi res, num. 3. ff. de alien. iud. mutãdi cauſa facta, & in l. 1. ff. de appellationibus, Innocen. in cap. Paſtoralis, num. 8. de officio Delegati, Afflict. in cap. 1. de controuerſia inter dominum & emptorem feudi, num. 9. Gail obſeruat. 153. lib. 1. & vbiquè omnes rationem reddũt, quia Iudex per imperitiam malè iudicandi in dolo eſſe reputetur, & delinquat faciendo: pars vero non appellãdo culpam, omittẽdo, committat, & ſic factum Iudicis præpõderet, text. in l. ſi mora in principio, ff. ſoluto matrimon. vbi glo. verb. dolum, text. in l. ſi obſtetrix, §. finali in fine, ff. ad legem Aquiliam, vbi gloſ. verb. tenebitur, Bartol. & Alex. in dict. l. 1. ff. quod quiſque iuris. tenetur autem parti læſæ ad damna litis, 106
ſumptus, & intereſſe, quatenus enim pars læſa eſt de facto per ſententiam iniquam, eatenus Iudex læſionem reſarcire tenetur, Bartol. in l. 2. num. 2. C. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit, vbi pulchrè diſtinguit inter Iudicẽ imperitè, & Iudicem doloſè, puta per ſordes venaleſq; manus, iudicantem, quæ omnia adde his quæ in eodem propoſito eãdem

dem ſequutus opinionem, & reſolutionem, tenet Bobadilla lib. 5. cap. 3. num. 73. inſuper adde differentiam, quam adducit Gail eadē obſeruatione 153. num. finali, in fine: nam ſyndicatus ex dolo, & malitia Iudicis datur, & conuenitur pro eo: reuiſio verò ex imperitia, & de reuiſorum officio, effectuque reuiſionis agit obſeruatione ſequēti. Deniquè ſyndicatus pro ſententia lata, *en grado de reuiſta, ò de viſta, que hizo coſa juzgada*, non datur contra dominos de Chancellaria, vel Regio Supremo Cōſilio, vt optimis & genuinis fundamentis decem comprobat benè idem Bobadilla dicto lib. 5. cap. 3. ex num. 55. verſ. *Si contra Preſidente y Oydores ſe admitiran demandas de mal juzgado en viſita?* cuius rationes & authoritates repetere non eſt neceſſariū, hoc ſolo concludens, ita eſſe expediens, & conueniens, vt tales actiones non admittantur, *en viſita, ò reſidencia de Oydores, y de qualquier dellos, y que de lo proueydo y mandado por Audiencia, y Sala, no ſe ſugete al parecer de vn Viſitador, ò Iuez de reſidencia, que ſe ſuele dar al Oydor particular acabado ſu oficio por promocion, ò otras cauſas, porque de hazerſe, y oyrſe ſobre ello, ſeria deſautorizar la Audiencia, y Oydores, y Alcaldes, a quien ſu Mageſtad con tanto acuerdo elige, y prouee*, adeò, vt ſacrilegij inſtar ſit dubitare, an dignus ſit, quem Princeps elegerit, l. 2. C. de crimine ſacrilegij, adducit Bobadilla vbi ſup. Tum etiam, quia non eſt coarctanda authoritas Senatorum, taliter vt ſubnixa ſit ad dictas actiones malè iudicati contra eos mouendas, qui vt in plurimum cum ſint literis & experientia præditi, in Collegijs educati, vel in Chancellarijs aduocationis munere functi, vel ob iudicandi munus approbatum ad excelſæ dignitatis Præfectorum Prætorio euocati, quid agant, quid debeant, quomodo iuſtitiā adminiſtrēt, rectiſsimè circunſpiciant, nec eſt vnus Iudex ſed plures, quorū ſi vnus forſam aliquando ex aliqua cauſa deuiet à veritate iuſtitiæ, cæteri id aduertūt, quilibet ſuæ conſcientiæ proſpicit, & magnæ fiduciæ, quam de eo Rex fecit: nec enim ſubijciendum eſt ſyndicationi, quia detrahitur authoritas; lites nouæ in infinitum ſuſcitantur, vt bene conſiderat Bobadilla loco proximè citato fundamento, num.

Tum etiam, quia cauſarum varietates tantæ, & tam diuerſæ ſunt, vt vix ſit, quod factū vnius litis non ſit diuerſus ab alio, ex facto ius oritur, & ex varietate facti variatur ius, circa quod eſt videndus Barboſa in l. Titia 35. ff ſolut. matrimon. Poterit autem pars, quæ ſe dicit grauatā, impetrare reuiſionem cauſæ à Rege, prout conſiderat, & refert Gail

107 108 109 110 111 112 113 114

Gail dicta obſeruatione 143. & 144. ad quam concedendam cō currere debent apud nos cauſæ, quas retuli ſuprà tractatu præcedenti de caſibus Curiæ, num. 184. quæ ſi difficulter, vel rariſſimè conceditur, etiam ſubſiſten tibus cauſis, quæ communiter allegari ſolent, coram Rege, & vt ſit litium finis, multo magis denegari debet ſyndicatus, *de lo juzgado por Sala, y Audiencia*, à Iudicibus ſuperioribus, quod ſi aliquis eorum fuerit in culpa priuatim, & ſeparatim luat pœnas, quod æquiſsimum, & iuſtiſsimū erit maximè, ſi dono acepto proceſſerit, venaliterquè proceſſerit in ſententia ferenda, vel aliæ concurrant culpæ vel cauſæ, ex quibus veniat puniendus, non tamen ſyndicandum iudicium totius Chancellariæ, vel aulæ per quarteria diuerſæ, *admitiendo demandas à que ſe dè nombre de mal juzgado por Audiencia*, quod ſi aliquando ſic eſt prouiſſum, *como ſe hizo en las viſitas de la Audiencia del nueuo Reyno, que refiere Bobadilla, y en la de la Audiencia de Quito, que hizo el Licenciado Marañon, mandandole otorgaſſe las apelaciones de lo que condenaſſe por mal juzgado por Audiencia*, vt patet lib. 1. *de las cedulas del Conſejo de Indias*, Fuit iuſtiſsimis cauſis concurrē tibus, quæ vt non fiat pręiudicium eis, qui Iudices extiterunt, non referuntur, & tanquā odioſæ, & extraordinariæ, & caſus ſpecialiſimi, *como lo fue el del motin que huuo en Quito en aquel tiempo, y tantas ſediciones*, non ſunt trahendæ ad conſequentiam, imo forſam defendi poſset, quæ ſi ex relatione, quam propoſuerit Relator cauſæ, in qua decipiuntur Iudices, vt aliquādo vidi, ipſi Iudices ſyndicarentur, propter culpam alterius pœnam paterentur, quod eſſet iniquum, & de his ſatis.

Qualiter autem iudicandum ſit in cauſa admodum dubia, & multorum opinionibus inuoluta, vt vix appareat, quę ſit communis, & in iudicijs opinio approbata, videndus eſt Bart. & ab eo notata in l. de eo, C. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit, Canoniſtę in cap. Capellanus de ferijs, Alex. conſ. 66. num. 6. lib. 5. Panor. in cap. 1. de conſt. nu. 15. vbi dicit: Quod in tali caſu eſt bonum habere Iudicem propicium, quia poteſt ſequi opinionem, quam vult Bartol. in dict. l. 2. num. 5. C. de pœna Iudicis qui malè iudicauit, Decius cōſ. 176. nu. 6. incipit: Viſo themate, vbi dicit: Iudicem in conſcientia ſua tutum eſſe, qui in caſu valdè dubio eam ſequitur opinionem, quam ei conſcientia ſua dictat, cui eſt addendus Bart. in l. cum prolatis num. & ibidem Iaſ. num. 17. ff. de re iud. Andr. Gail obſeruat. 153. num. finali, lib. 1. quæ omnia adducta ſunt ad id, vt ſi tam variæ opiniones 115

in

in pluribus cauſis cõcurrunt Iudices Supremi, quorũ iudicium, quia plurimorum integrum eſt, c. prudentiam de officio Delegati, nõ debẽt ſyndicari, ob id quod hanc, vel illam opinionẽ ad cauſam decidendam fuerint ſecuti, nec exauthorandi, eo quod pars victa clamet, & proclamet, quod ſemper de more habent in plurimũ litigantes, quia iudiciũ redditur in inuitũ, l. inter ſtipulantẽ, §. ſacrã, ff. de verbo. oblig. & ad prædictorũ confirmationẽ cõducit me hodie vidiſſe in hac Regali Audientia præſentatam quandam executorialem ſentẽtiam expeditam à Regio Conſilio Indiarum, in qua confirmata fuit ſententia lata à domino Licenciato Illephõſo Spino de Caceres, nunc meritiſsimo, perdo-
116 ctoq; viro huius Chãcellariæ Senatore, in cauſa ſyndicatus *del Licenciado Manſo de Cõtreras* Auditore, contra quem denuntiationes viginti & ſeptẽ factæ fuerint, plures, de his quæ præceperat, & iudicauerat dictus Licenciatus Manſo, *por Audiencia, y de todas fue abſuelto, y denegada de oyr al denunciador*, quod confirmatũ extitit in Regio Conſilio à doctiſsimis Regis Cõſiliarijs, & ſententijs Senatus earumq; exẽplo eſt iudicandum, Afflict. deciſ. 45
117 ex l. filius, ff. de falſ. optimè Gama deciſ. 228. vbi reſpõdet ad l. nemo, C. de ſenten. & interlocutionibus, vt intelligatur in ſententijs inferiorum, & videndus Menoch. conſ. 501. libro 6. vbi hoc declarat.

Non tamen ex omnibus his, 118
quæ diximus, eſt intelligendum, exceptiones modificatiuas excluſas eſſe: nam exceptio modificans ſententiam poteſt poſt eã opponi, ſiue fecerit rẽ iudicatã, vel ſit reuiſionis, per quam lis finita fuit, vt eſt exceptio cõpenſationis, l. Neſenius 41. §. fin. ff. de re iudic. l. 2. C. de compenſat. & ratio eſt, quia hæc modificatiua exceptio non arguit ſententiam de iniuſtitia, quia non permitteretur, l. poſt rẽ iudicatã, ff. de re iud. & ex l. noſtra 4. tit. 17. lib. 4. Recop. in verbis ſæpè præcitatis, ſed modificatur condemnatio.

Quod autẽ dicimus de his exceptionibus modificatiuis eſt intelligẽdũ, quãdo nõ fuerũt oppoſitę in cauſa principali, quia ſi opponãtur, & nihilominus cõdemnatio fuit facta, opponi poſtea nõ poſsũt in executione, quia
exceptio ſemel reiecta, amplius 119
opponi non poteſt, c. ſuborta de re iudic. Clemen. finali de appellation. ita Petr. Barboſ. in l. maritum, ex n. 47. & 48. ff. ſolut. matrim. 2. tom. vltra Auend. in l. 4. tit. *de las excepciones*, n. 49. & eſt ratio, quia illa reiectio, & nõ admiſio exceptionis parit effectũ rei iudicatæ, cap. cũ ceſſante de appella. ex Barboſ. vbi ſup. n. 47.
Si autem non eſt de eis plenè 120
cog-

cognitũ in primo iudicio poſsũt repeti in ſecũdo iudicio executionis, eleganter Boer. deciſ. 43. tũ maximè ſi de eis fuerit facta reſeruatio, quæ eſt ſecura praxis, & præ cæteris videndus eſt Ludou. Roman. cõſ. 410. n. 3. vbi bene tradit, quod nõ poſsit repeti in ſecũdo iudicio, quod deductum eſt in primo, ſequuta plenè ſuper illa diſcuſione, tacitaq; ſeu expreſſa pronunciatione eiuſdẽ exceptionis remotiua in alio iudicio, nec per modum actionis, nec per modum exceptionis deduci poteſt ad eundem finem, ad quẽ primo deductũ fuit, l. fin autem, §. ſi quocũq; ff. de negot. geſtis, l. quod in diem, §. ſi rationẽ, ff. de compenſation. Roman. vbi
121 ſup. n. 3. vbi inquit: Et conſiderat quod ſi iuſtus exceptionis excluſæ in ſecũdo iudicio refricatur, non refricatur ad alium effectũ, quam ad ferendam ſecundã ſententiam contrariam primæ latæ in primo iudicio, quæ non valet, vt iam probauimus n. 98. & vltra iura quæ adducit Roman. eſt melior text. in l. ſiquis cũ totũ 7. verſ. Toties, ff. de excep. rei iud. l. toties, ff. eodem tit. cum adductis à Barboſ. loco ſuprà proximè citato, ſcilicet in l. maritum, n. 47. & 48. 2. tom. fol. 255. & iterum in l. diuortio 8. §. finali. n. 59 fol. 1246. 1. tom. & poſt prædictos, pro iſto quotidiano articulo quem ſæpè ſæpiùs habui in iudicando & conſulendo, eſt videndus Anton. Faber lib. 7. ſui Codicis, diffin. 6. vbi reſoluit, obſtare exceptionẽ rei iudicatæ, etiã ſi non ſit dictum nominatim de articulo, vel quæſtione repetita in executione, & in priori iudicio tractata: nam non refert, an quid expreſsis verbis exprimatur, an per demonſtrationẽ, vel per relationem ad aliam rẽ certam, l. certum, ff. ſi cert. petat. in quo reſidet Anton. Fab. vbi ſup.

Poſt hæc ſcripta peruenit ad hæc Regna Indiarũ tertia pars legum Recopilationis typis edita anno mileſimo ſexcenteſimo & decimoſeptimo, in qua eſt pragmatica anni mileſimi ſexcẽteſimi & decimiquinti, quæ hãc noſtram principalem quęſtionẽ decidit, per eã quipe denegatur reſtitutio contra ſententiam reuiſionis latam in Conſilijs, vel Chancellarijs Regijs, quæ per minorem ætatem, vel ex maiori per clauſulam, ſi qua mihi iuſta cauſa intendebatur in his caſibus. Cũ qua lege iuſtiſsimè prouiſum eſt immortalitati litium, eiſquè finis datus, obtinuitq; ſententia denegãtium reſtitutionẽ in prædictis caſibus, quorũ opinioni nos aſſentiti ſumus fundamentis relatis ſup. ex num. 21. & 22. quæ deſeruient pro ratione, & iuſtificatione decidendi ad prædictam legem nouiſsimam, eiuſquè iuſta deciſione in Scholis & Palacijs defendenda.

*TER-*

## TERTIVS TRACTATVS, CONTRA QVEM fuit executio petita, & data ſententia addictionis, vulgo, de trãce y remate, an poſsit audiri in Regalijs Chancellarijs, vel coram alijs Iudicibus appellationum per viam appellationis, vel nullitatis, ſaltem ad effectum deuolutiuum, vel eo exiſtente in carcere pro eadem cauſa, & debito, ante factam eius ſolutionem, vel ei ſit audientia deneganda, antequam ſoluat, vel ſatisfaciat extantibus lege 3. & leg. 19. in finalibus verbis, tit. 21. lib. 4. Recop.

### SVMMARIVM.

1 VERBA Legis tertiæ, & legis 19. tit. 21. lib. 4. Recop. in fine referuntur.

2 Statutum tollens appellationem ab executione non cenſetur illam ſuſtuliſſe, ſi appelletur ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Regem.

3 In vna eadem ſententia poteſt pronũciari, vt fiat addictio, y pago a la parte, & ad probationem in via ordinaria partes recipi.

4 Vera praxis & reſolutio ex mente prædictarum legum, vt non audiatur reus appellans, contra quem lata fuit ſententia de trance y remate, quouſque ſoluat.

5 Et eo caſu non debet appellatio habere effectum, nec dum ſuſpenſiuum, ſed nec etiam deuolutiuum.

6 Statutum tollens appellationem intelligi debet quoad vtrumquè effectum, numero proximiori relatum.

7 Appellatione prohibita cẽſetur prohibitam eſſe tam reſpectu executionis, quam deuolutionis.

8 Referuntur authores tenentes, reum, contra quem lata eſt ſentẽtia addictionis, non eſſe audiendum, etiam quoad effectum deuolutiuum quouſquè ſoluat.

9 Exemplum maximè quãtitatis refertur, in quo non fuit auditus reus debitor, quouſquè ſoluit.

10 Si in lege, vel ſtatuto appellatio tollitur, intelligitur de quacumquè.

11 Contrariæ partis reſolutio, & per dictas leges

& 19.

& 19.tit.21.libro 4. ſolummodo ſublatum fuiſſe effectum ſuſpenſiuum, quouſq; ſolutio fiat, non verò deuolutiuum.

12 Authores huius ſecundæ partis referuntur.

13 A mandato de exequendo, habet locum appellatio, quoad effectum deuolutiuũ.

14 Praxis obſeruanda, quãdo tale mandatum reuocatur in Chancellaria, & de reuocatione primæ ſententiæ, en que ſe declarò no auer lugar el remate, y ſe mãda hazer por el ſuperior.

15 Statutum, vel lex tollens appellationem, odioſum eſt.

16 Nec per hoc quod tollat appellationẽ, cenſetur prohibere recurſum ad ſuperiorẽ pro conſequenda iuſtitia.

17 effectus deuolutiuus appellationis nunquam cenſetur excluſus.

18 Prioris partis conſtituitur concluſio, hoc eſt, tã ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuũ, ſublatum eſſe quouſq; ſolutio fiat virtute ſententiæ addictionis.

19 Nec reſtitutionem integram impedit adimplementum dictæ ſententiæ de remate.

20 Diſtinctio circa implorationem reſtitutionis, pendente executione, vel poſt dictã ſententiam.

21 Si malitioſe, calumnioſeque reſtitutio petitur, vel altiorem requirit indaginem, nõ admittitur contra executionem.

22 Lata ſententia de remate, reſtitutio in integrum eius adimplementum non tollit.

23 Quando verba legis ſunt inculcata, & pragnantia, etiam reſtitutio in integrum tollitur per eam.

24 Limitatio prima ad prædictam concluſionem, vt non procedat, ſi ex actorum inſpectione notoria reſultet iniuſtitia.

25 Sententia lata in poſſeſſorio non eſt exequenda, ſi eſt notoriè iniuſta.

26 Prohibita appellatione nunquam cenſetur ſublata, ſi ex actis de notoria iniuſtitia conſtet.

27 In omnibus caſibus, in quibus nõ appellatur, appellari poteſt, ſi ſententia eſt notoriè iniuſta.

28 Abuſus & exceſſus aliquorum iudicum, propter capiēdas decimas executionū.

29 Notoria iniuſtitia reddit ſententiam nullam.

30 Verba & diſtinctio Roberti Marantæ optima, & ad propoſitū cōducēs, refertur.

31 Sententia continens notoriam iniuſtitiā, eſt ipſo iure nulla, reſcinditur autē per appellationem, ſi ſit contra ius litigatoris.

32 Praxis prædictæ reſolutionis, quando por el executado, dada cōtra el ſentencia de remate, ſe pide ſe vea la cauſa de los miſmos autos, alegando auer ſido notoriamente agrauiado.

33 Sentētia quomodo ſit formanda prædicto caſu à dominis de Conſilio, vel Chancellaria, & quando debent ſuperſedêre, y declarar no auer lugar de ſer el deudor oìdo, haſta auer pagado.

34 Ardua, & vtilis quæſtio, an reus carceratus debeat audiri lata cōtra eū ſententia de remate, antequā ſoluat, & ea adimpleatur.

35 Reſoluitur affirmatiuè ex deciſione Neapolitana Antonij Capicij, & eſt ſecunda limitatio præcedentium.

36 In caſu carcerationis rei debitoris non ſolum auditur contra ſententiam de remate ex eiſdem actis, ſed etiam ex nouis probationibus.

37 Non tamen per hoc ſuſpenditur executio ſententiæ de remate.

38 Sublimitatur prædicta declaratio, vt non procedat, quando debitor non eſt in carcere, nec obſeruatur eius cuſtodia.

39 Fraudes Commentarienſium, & difficultas remedij.

40 Affectata non releuant, & minus doloſa.

41 Nobilis mulier, minor viginti quinque annis, & alij qui non poſſunt carcerari pro debito ciuili, an ſint audiendi appellantes à ſententia de remate, reſoluitur affirmatiuè.

42 Limitatio tertia, vt vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, habeat, appellatio, vel nullitas propoſita, contra ſententiam de remate, eius executionem impediat, quando eſt ex defectu iuriſdictionis.

43 Illa:

*43 Illatio vtilis in noſtro caſu, vt ſi à Iudice, vel quolibet executore fuerit exceſſum contra formam, & ordinem legis 20. tit. 21. lib. 4. Recopil. ſententia ſit nulla, eiuſq; oppoſitio impediat executionẽ, & adimplemẽtũ.*

*44 Quarta limitatio de appellationibus propoſitis à tertijs oppoſitoribus.*

*45 Nõ eſt admittẽdus tertius oppoſitor, quoties oppoſitio malitioſa & calumnioſa eſt.*

# TRACTATVS TERTIVS.

1 IN Primis ſupponẽda ſunt verba legis 3. tit. 21. lib. 4. Reco. dũ loquẽda de omnimoda executione, & adimplemento ſententiæ *de remate*, ſic diſponit, *que el remate ſe haga como la dicha ley diſpone, ſin embargo de qualquiera apelacion q̃ dello ſe interpuſiere, dando el acreedor las fianças, como la dicha ley mãda, y ſin embargo que la tal apelacion ſe interponga para ante nos, ò para ante los Oydores de nueſtras Audiencias, ò para ante qualeſquier Iuezes, ò de qualquier nulidad, q̃ cõtra la dicha execuciõ, ò remate ſe alegue*: lex autẽ 19. eiuſdẽ tituli, quæ poſterior eſt, dicit in fine, *y haga el remate y pago, ſin embargo de qualquier apelacion.*

2 Quibus ſic ſuppoſitis, eſt ſupponẽdũ cautè legiſlatorẽ prouidiſſe in illis verbis: *O para ante nos*, quia ſtatutũ tollẽs appellationẽ ab executione inſtrumẽtorũ, nõ habet locũ, ſi appelletur ad Sedẽ Apoſtolicã, pari modo ad Regẽ, vel Imperatorẽ, ex ſententia Baldi cõſ. 416. lib. 5. Sæpè igitur dubitatũ eſt, an audiẽdus ſit debitor, qui appellauit à ſententia *de remate* ante factã ſolutionẽ: referã opiniones & doctrinas omniũ ex noſtratibus, qui hũc articulũ tractãt, & poſtquã vtriuſq; partis reſolutiones retulerim, adducam eam, quæ veritati, & praxi prædictarum legũ magis adhæreat cum diſtinctione caſuum.

In primis author libri, qui inſcribitur Practica de Mõterroſo, fol. 28. *de la via executiua*, cõſtituẽdo bonã reſolutionẽ ad id, vt poſſit in vna ſẽtẽtia, *mãdar hazer el remate, y recebir a prueua*, inquit: *Y por eſta via ſe puede hazer ante vn Iuez, y vn tribunal la via* 3 *executiua y ordinaria, toda jũta, porque es grande vtilidad para el executado lo que eſtà dicho: porque* 4 *ſi apelara el Iuez, no pudiera conocer de la cauſa, y aunque ſe preſentara en las ſupremas Audiencias, en grado de apelacion, no reciben el pleyto a prueua, ni oyen al*

5 *executado, ſi no conſta auer pagado primero*, ex qua praxi ſic relata deducitur, nec ſuſpenſiuum, nec deuolutiuum effectum appellationem à ſententia, *de trance y remate*, ſortiri, quouſque ſolutio facta fuerit, pro qua reſolutione eſt doctrina in terminis ſtatuti prohibentis appellationem, vt
6 intelligatur non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad deuolutiuum, ita Capicius deciſione 34. num. 21.

7 Et quòd prohibita appellatione cenſeatur prohibitio, tam reſpectu executionis, quàm reſpectu deuolutionis, reſoluit Cardinalis Tuſchus, ſub lit. A. concluſ. 398. num. 7. allegans dictã deciſionem Capicij 34. idem reſoluit Auendan. de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 6. num. 4. Ioannes Gut. lib. 1. pract. quæſt. 120. num. 2. qui ex mente, & doctrina Auendan. & reſolutione, quam adduximus ex Monterroſo, inquit, loquendo de noſtra lege 19. cuius legis praxis eſt hæc, vt in gradu appellationis, reus appellans minimè audiatur, niſi priùs cõſtet, iam ſoluiſſe, poſtea excipit, & refert caſum notoriæ iniuſtitiæ, de quo infra dicemus; in hac eadem ſententia fuit Didacus Perez in l. 5. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, gloſ. penultima, quẽ & alios, quos ex noſtratibus retulimus, idem tenentes, ſequitur Amador Rodriguez de via executiua, c. 6. n. 51.

Et ſic reſolutum eſt extãte hac parte, nec quoad effectum ſuſpẽſiuum, nec deuolutiuũ in appellatione, *de ſentencia de remate*, eſſe audiẽdũ reum debitorem, quouſquè conſtet ſolutionẽ ab eo factã eius quantitatis, pro qua fuit præceptum, vt fieret addictio, vulgo, *el trance y remate*, cuius rei exempla plura extant, vnum eorum fuit, iam ſunt plus viginti anni, *contra Ochoa de Vrquiza Cauallero de la Orden de Santiago, Conta* 9
*dor de Seuilla, contra el qual ſe mandò hazer remate por ſentencia de vna grandiſsima ſuma de mas de cincuenta mil ducados, y no fue oido haſta auer pagado*: quod iterũ ſuadetur ex doctrina Abbatis, & Anton. de Butr. in d. c. ad reprimendam, de offic. ordinarij, cũ qua reſidet Tuſch. concluſ. 465. ſub lit. S. num. 6. vbi reſoluit, quòd ſtatutum tollens appellationẽ, tollit omnẽ effectũ appellationis, & ſi in lege, vel ſtatuto appel 10
latio tollitur, intelligitur de quacumque, ita Alex. conſ. 225. n. 2. in principio, verſ. Quia dictum ſtatum, lib. 6. Tuſch. dict. concluſ. 465. n. 30. & ſic in noſtro caſu, quouſquè ſolutio debiti fiat, ſublata eſt appellatio, & nullitas, omniſquè eius effectus.

Contraria verò pars, & appel 11
lationem ſententiæ prædictæ, *de trance y remate*, ſto, quòd non habeat effectum ſuſpenſiuum ante factam ſolutionem, ſaltem ſortiri deuolutiuum, vt ex ea cauſa

ſa cum Iudicibus ſuperioribus introducatur, tenuit primus, & primas inter Hiſpanos meritò habens, Couar. in practicis quæſtionibus, cap. 23. numero finali, Parlador. in terminis, *de ſentencia de remate*, cap. fin. 5. part. §. 15. numero 1. & ſequentibus,
12 poſt Didacum Perez, & Antonium de Canario, quē citat; eādem concluſionem affirmat Azeued. in l. 19. tit. 21. libro quarto, numero 139. Villa-Diego in ſua Politica, cap. 4. ex numero 57. alios ad marginem referens, & poſt eos, licèt loquatur de mādato executiuo, Ioannes Deuia in Curia Philippica, 2. part. §. 4. num. 9. vbi reſoluit effectum deuolutiuum ſortiri appellationē à mandato de exequendo, cuius reſolutio abſquè dubio in praxi eſt receptiſsima, & indubitata: quia in caſu prædicti mandati nec eſt prohibitio prædictarū
13 legum 3. & 19. tit. 21. libro. 4. nec adeſt aliqua ſufficiens ratio, ex qua impediatur ſuperiorū cognitio quoad mandatum de exequendo, ſine ſuſpenſione, nec inhibitione facienda inferiori Iudici, quouſquè res determinetur à ſuperioribus, & reuocato mandato de exequēdo, ſiue per relationem, *ſiendo dentro de las cinco leguas, ò por compulſorio, ſiendo fuera dellas, queda reuocada la ſentencia de remate, venta de bienes, y todo lo*
14 *que el inferior huuiere hecho por virtud del mandamiento que le fue reuocado, y ſe ha de poner todo en ſu primer eſtado*, quia ex ovi, & effectu reuocationis fit reſtitutio iuſtitiæ abſquè alia pronunciatione, & ideò ſolitum eſt à me dici, & pronunciari, quando fit reuocatio prædicti mādati, *que ſe reuoca el mandamiento de execucion, dado por fulano Iuez, y lo en virtud del ſecho y executado, y ſe declara, no auer auido lugar de darſe*, & ſi eſt recurſus in via ordinaria, dico, *y q̄ las partes ſigan ſu juſticia en via ordinaria, como les conuenga, para lo qual ſe les reſerua ſu derecho*: & de ſententia addictionis, ſi feratur à Iudicibus ſuperioribus, reuocando primam contrariā, quod hæc ſecunda exequenda ſit, licèt ſit, *en grado de viſta, y q̄ no ſe aya de eſperar la reuiſta*, adducit bene Villa-Diego fol. 80. nu. 60. tunc tamen debet præſtari fideiuſsio legis *de Toledo*, cùm alia ſperetur ſentētia. Huius partis fundamenta, quoad effectum deuolutiuū in appellatione *de la ſentencia de remate*, non tollendo, probantur 15
ex eo, quod quia lex, ſeu ſtatutū appellationē tollens, odioſū eſt, quia remouet defenſionē, & debet ſtrictè intelligi, vt nō cēſeatur prohibere recurſū ad iudicē 16
ſuperiorem pro habēda iuſtitia, Bart. in l. 2. C. quor. appel. nō recip. & cōſ. 165. in queſtione, lib. 1. et propriùs loquēdo lex noſtra 3 tit. 21. libr. 4. Recopilat. in prædictis verbis, quæ retulimus, potiùs attendit ad excludēdam

appellationem, vt per eam non ſuſpendatur ſolutio facienda creditori virtute ſententiæ *de trance y remate*, quam ad deuolutionem impediendam ad Iudicem ſuperiorem, & quando lex, vel ſtatutum tollit remedium appellationis ſuſpenſiuum executionis: non tamen ex hoc tollit effectum devolutiuum, & ideò Iudex appellationis poterit pronunciare, benè vel malè iudicatum Abbas in cap. Paſtoralis, colum. fin. de appellation. & licèt contrarium voluerit idem Abbas in dict. cap. ad reprimendam, de offic. Ordinarij, quem iã citauimus, & Marſil. ſing. 289.
17 contrarium, & effectum deuolutiuum non tolli voluerunt, Anton. de Butrio, Abb. & Franc. in dict. cap. Paſtoralis, quos refert Tuſch. dict. concluſ. 465. ſub lit. A. num. 5. nec agimus de reſcripto cum clauſula, appellatione remota, an intelligatur de friuola, vel alia, quia non attinet ad noſtrum intentum. Certè equidem hic tam arduus, & controuerſus articulus, qui quotidie in palacijs verſatur, declaratione indiget Regia, vt ſit punctus certus, & fixus, quo ſeruato, procedamus, & euitentur tot, tantæq; lites, & opiniones iudicum, diuerſiquè diffiniendi cauſas ſtyllus, & methodus. Interim tamẽ, quid ſeruandum ſit lege ſtabilitur, ſentio, ſub meliori cenſura, priorem partem veriſimam per mentem, & verba prædictæ legis 3. & 19. tit. 21. lib. 4. Recop. & ſic ex eis, & fundamentis in comprobationem huius primæ partis relatis conſtituo concluſionem: Reus contra quem lata 18
eſt ſententia addictionis, vulgo, *de trance y remate*, non eſt audiendus per appellationem, vel nullitatem, donec ſoluerit, & ſatiſfecerit, quòd in ſententia eſt præceptum, & determinatum, vt ſoluat, & expenſas litis, & decimã, ſi in ea iuſſum fuerit, ſolui.

Extenditur, vt idem ſit, ſi petatur beneficium reſtitutionis, 19
circa quod eſt deſtinguendum, quia aut imploratur reſtitutio pendente executione, ante ſententiam *de remate* latam, & tunc ſeruanda eſt diſtinctio Parladorij, cap. fin. 5. part. §. 11. num. 53. exiſtimantis, multum intereſſe an in integrum reſtitutio cõpetat ex cauſa minoris ætatis in alia de cauſa: nam priori caſu 20
eſt admittenda: Secundo verò non, eum ſequitur Amador Rodriguez de via executiua, cap. 6. num. 7. in fin. vbi poſtquam vtriuſquè opinionis authores refert, 21
cui adde non eſſe concedendã etiã minori, ſi malitioſè petatur, vel altiorẽ requirat indaginẽ ex Azeu. in l. 1. tit. 21. lib. 4. n. 174. Amador Rodrig. vbi ſup.

In caſu verò, quo data ſit ſententia *de trance y remate*, nec ex 22
cauſa minoris ætatis, vel alia qualibet, ante ſolutionem eſt admit-

admittenda reſtitutio, ex his quæ dixi in tractatu proximè præcedenti de ſententia reuiſionis exequenda, num. 21. Nam vt
23 retuli, quando verba legis ſunt inculcata generalia, & prægnantia, etiam reſtitutio in integrum competens minori cenſetur ſublata, vt ex Angelo, Aretino conſi. 10. loquens de ſtatuto Brixiæ. ſimili legibus noſtris reſoluit Cardinalis Tuſchus ſub litera R. concluſ. 296. cum qua ſententia reſidet, noſquè in hoc caſu, idem indubitanter ſentimus, cũ omne remedium, & iudicis officium cenſeatur ſublatum ex verbis finalibus, & mente prædictarum legum 3. & 19. tit. 21. lib. 4. Recop; quibus accedat elegans doctrina Baldi conſ. 148. lib. 1. n. 11. quam eiuſquè verba retulimus dicto tractatu, num. 23. & 24. itaquè ſiue ex cauſa minoris ætatis, vel reſtitutionis, quæ ex clauſula generali maioribus conceditur, ſiue alijs qui eodem potiũtur priuilegio, quãtumuis ſit Eccleſia, cauſa pia, vel hoſpitale, vel communitas, non eſt reſtituenda contra ſententiã *de remate*, eiuſquè omnimodum adimplementum quouſquè ſolutio fiat.

24 Declaratur, & limitatur primo prædicta concluſio, vt non procedat, quando ex eiſdem actis conſtet iniuſtitia noſtra, ſi ex eorum inſpectione reſultet talis iniuſtitia, reſoluit Ioan. Gutier. in practicis quæſtionibus, lib. 1. quæſt. 120. num. 3. adducens Baldi doctrinam loquentis de ſententia lata ſuper poſſeſſorio, quæ etſi regulariter (de iure ciuili loquimur) exequenda ſit, 25
tamen ſi eſt notoriè iniuſta, non excluditur appellatio, imo habet effectum ſuſpenſiuum, ex his quæ adducit bene Ioannes Gut. adde quod prohibita appellatione, numquam cenſetur prohibita, quando ex actis conſtat de manifeſta iniuſtitia, Natta conſ. 26
51. num. 2. lib. 1. Alex. conſ. 107. viſo themate, col. fin. lib. 3. quod etiam extenditur, ſi dolo, vt plerumquè fieri ſolet in noſtro caſu, iniuſtè eſt pronunciatũ, Natta conſ. 172. num. 6. quem refert & ſequitur Cardinalis Tuſch. ſub lit. A. concluſ. 399. num. 11. & 12. & appellatione remota, non cẽſetur ea remota, vbi quis manifeſtè grauatur, Decius conſil. 49. præſtantiſsimè Doctor circa finem, num. 3. Alex. conſ. 77. viſis dubitationibus, num. 17 & conſ. 106. viſo themate, num. 27. lib. 3. plenè conſ. 91. lib. 6. Tuſchus ſub lit. A. concluſ. 400. num. 5. qui conſtituit regulam, 27
concluſ. 402. num. 35. quod in omnibus caſibus, in quibus non appellatur, poteſt appellari, ſi ſententia eſt notoriè iniuſta, vel iniqua, ex Ancharrano cõſ. 363. num. 5. verſ. Ad ſextum.

Dixi plerumquè, quia quando decimæ pertinent ad Prætores,

res, vel quando Iudices ordinarij, vel Delegati aliquam ex executionibus vtilitatem expectãt, vt in ſolutione ſalarij, vel tertiæ
28 partis, ſi ab eis ſit capienda, ſolent, excedendo iuris tramites, pronunciare cum iniuria, & contra ius litigatoris ſententias addictionis, in quibus, ſi ex actis notoria reſultet iniuſtitia, non modo deuolutiuum, ſed etiam ſuſpenſiuum effectum appellatio interpoſita vel per viam recurſus ad ſuperiores Iudices habebit, quod vſquè adeò verum
29 eſt, vt talis notoria iniuſtitia reddat ſententiam nullam, ſic reſoluit Maranta 6. par. verſ. Et demum fertur ſententia, num. 116. cuius verba, quia ad propoſitum magnoperè conducũt, hæc ſunt: Secundò, quia debet ſententia continere iuſtitiam, aliàs ſi con-
30 tineret manifeſtam iniquitatẽ, eſt ipſo iure nulla, cap. inter cæteras, & ibi per Abbatem, & Felinum de re iudicata: ſecus ſi iniquitas non eſt manifeſta, quia tunc valet, & debet reſcindi per appellationem, quia tunc dicitur eſſe contra ius litigatoris, ita habetur in l. 1. §. item contra ſacras, ff. quæ ſententiæ ſine appel-
31 latione reſcindantur, Alexan. in l. cum prolatis, ff. de re iud. Doctores in cap. 1. de re iudic. latè Decius in cap. dilecto, quæſt. 55. de appellat. ad quam Marantæ diſtinctionem reduces dicta in hac limitatione, & quæ poſt omnes adducit Aloiſius Riccius collectanea 1480. dixi in tractatu proximè præcedenti, numero 75.

Ex quibus deducuntur in praxi ſequentia, quòd ſi appellans ſe præſentauerit coram dominis de Chancellaria, vel alio Regali Auditorio, vt Hiſpalenſe, Galleco, & coram alio quolibet appellationis Iudice: *Y dixere que ſe preſenta deſpues de auer apelado ante el inferior en grado de apelacion, nulidad, y agrauio, y el que mejor aya lugar de derecho de la ſentencia de remate, contra el dada por el Iuez ordinario, ò de comiſsion, ò otro executor, en que le mandò hazer pago de* 32 *tanta cantidad, en que le hizo notorio agrauio, y la injuſticia de la dicha ſentencia reſulta de los miſmos autos, que para ello pide ſe vean: y que viſtos, conſtando como dellos conſta, la dicha manifieſta injuſticia, y agrauio, ſe reuoque y dè por ninguna la ſentencia de remate*, eritquè vtile, *ſi es euidente y manifieſto expreſſarlo, y alegarlo, ò ſi no, no importa, haſe de mandar por el ſuperior, auerle por preſentado en quanto ha lugar, y alegando lo dicho, ſe ha de ver: y ſi es en la Corte, ò lugar, ò dentro de las cinco leguas, ver el proceſſo original, ò ſi no compulſarle, ſiendo de fuera, y proceder en el caſo, viſto el hecho del proceſſo, con la diſtincion de Maranta ya referida. Sigueſe lo ſegundo, que conſtando de los miſmos autos de la notoria injuſticia de la ſentencia, como ſi eſtando prouada la paga*

*paga liquida, ò otra concluyente y juridica defenſa, no fue admitida*, ex eiſdem actis, poterunt, imò debent domini de Conſilio, vel Regia Chancellaria præcipere, & inhibere Iudicem inferiorem, ne ſuam ſententiam exequatur, *y eſto ſe haze mejor reuocandola luego, y luego proueer de remedio, ſin eſperar nueuos autos, ni prueuas, que no han de admitirſe*, quando agitur de reuocanda ſententia addictionis, ex capite notoriæ iniuſtitiæ, quæ ex actis reſultat, qui eſt caſus ſpecialis huius primæ fallentiæ, & limitationis.

33 Si autem talis ſententia ex relatione actorum conſtiterit, vel ob varietatem opinionum, vel ob defectum probationis, aliave cauſa apparenti, non continere iniuſtitiam notoriam, ſed tantũ contra ius litigatoris eſſe latã, tametſi ex diuerſitate opinionum veniat poſtea reuocanda, hęc dubia ſufficient, vt ad vnguem obſeruemus dictam legem tertiã, & 21. tit. 21. lib. 4. Recop. *Proueyendo auto que no ha lugar de ſer oìdo haſta auer pagado, y deboluer la cauſa al Iuez, para el cumplimiento de la ſentencia de remate*, & hoc decretum abſquè eo quòd detur ſupplicationi locus, executioni mandatur.

34 Ex ſuprà dictis venio ad ſecũdam limitationem noſtræ principalis concluſionis, quæ eſt regulariter, nec ſuſpenſiuum, nec deuolutiuum effectum habere appellationem interpoſitam à ſententia prædicta addictionis, ſæpiſsimè vidi dubitari, an ſi reus ſit carceratus (& excluſo caſu notoriæ iniuſtitiæ, de quo iam egimus in præcedenti limitatione) prætendat eſſe audiendum, quia in carcere eſt, & eius bona dimittit, vt veneant in publica ſubhaſtatione, an audiendus ſit: nulli enim, quos viderim ex noſtris Regnicolis, quorum proprium munus erat, hanc tetigerunt quæſtionem, quæ quotidie verſatur in Palatijs: & omiſsis his, quæ pro vtraquè parte adduci poſſent, teneo, & reſoluo, conſtituoquè pro ſecunda declaratione, ſeu limitatione prædictorum, eſſe audiendum reum, qui carceratus eſt pro debito, lata contra eum ſententia *de trance y remate*, ſi bona etiam dimittat, vt vendãtur. Hæc eſt optima reſolutio Senatus Neapolitani, 35
quam adducit Anton. Capic. deciſ. 169. quæ videnda, & notanda eſt, tanquam pulchra, & cõgrua ad propoſitum, in eius vltimis verbis, dum inquit: Sacrum Conſilium decreuit, procedendum eſſe ad reuiſionem ſtante Franciſco carcerato, tanquam executione facta, & ſic fuit proceſſum.

Quam limitationem extende, 36
vt non ſolum ex eiſdem actis, ſed ex nouis, exiſtente debitore in carcere poſsit, & debeat audiri, & probationes nouæ admitti, quia tunc ſeruanda eſt ſecunda opi-

opinio tenentium,effectum deuolutiuum ſortiri appellationẽ in cauſis executiuis, ex domini Præſidis Couar. doctrina, & aliorum,quos retulimus ſuprà numero 12. non tamen ſuſpenſiuũ, quia excepto caſu notoriæ iniuſtitiæ,& alijs,quos ſtatim conſtituam, omnimoda debet eſſe executio ſententiæ addictionis.

38 Sublimita hanc ſecundã declarationem, vt non procedat, quando reus malitiosè, & cum affectatione dicit ſe carceratũ, cùm tamen verè non ſit, vt plerumquè,maximè in his Indiarũ Regnis,gratia, corruptione, & ſordibus commentarienſium euenit,adeò,vt nec etiam Iudices qui ſumus ſuperiores,niſi adhibita magna diligentia, non poſſumus comprimere dictos commentarienſes à relaxatione indebita,& iniuſta,quam de carceratis ſua auctoritate faciunt, in quibus cuſtodibus, ſi leges executioni mandarentur, prædicta ceſſarent,& exemplo eſſet cæteris,ſed cùm à pluribus Iudicibus hoc pendeat, fiunt comminationes,& numquam executiones pœnæ corporalis,vel ſaltem exilij.

40 Itaquè ſi vndequaque cõſtet reum non obſeruare carcerationem, non eſt audiendus contra ſententiam addictionis, quia affectata remedia non releuant, & minus doloſa,& fraudulenta, dixi in tractatu de recuſationibus,quod eſt caput nonum, numero 205.

Quid autem erit de nobili, Doctore, Aduocato,muliere, quæ non inhoneſtè vixerit,Communitate,ſeu Republica, Collegio, vel Cathedrali, ſeu Parrochiali Eccleſia,minorive viginti quinque annis,quæ ſic ſeruemus, opinionem relatam à Manuel. Suarez,verbo,minor annis, de quo eſt videndus Afflict. cum diſtinctione loquens,deciſion. 283. n. 1. & 4. Roland. conſil. 63. numero 23. libro primo, Pariſ. conſil. 94. numero 4. volum. 1. pro ciuili debito carcerari non poſſunt, nec pater,ſocer,vel patronus, an non exiſtente carceratione,ex natura rei, hoc eſt,ex priuilegio perſonæ,quæ carcerari non debet, audiendus ſit contra ſententiam addictionis, vulgo, *de trance y remate*, quoad effectum deuolutiuum, certè quidem hunc articulum volebam relinquere cogitandum,ne tamen materiam vtilem, quotidianam, praxiquè frequentẽ, quàm ſæpiſsimè ſum expertus, indeciſam omittam,nec qui ſemper in conſulendo, & nunc iudicando cum reſolutione proceſſerim, dubiam,& perplexam omittam: reſoluo in hac parte ſeruandam eſſe concluſionem tenentium, deuolutiuum effectum in caſu,de quo agimus,appellationem habere, ita vt ex eiſdem actis, vel alijs audiatur de-

debitor, contra quem lata eſt dicta ſententia *de remate*, hoc tamen adhibito, vt bona eius liberè veneant, vel inſolutum creditori tradantur; non inuento emptore ad ſatisfactionem debiti, vt ex dicta reſolutione 169. Capicij reſoluitur, ex Doctoribus antiquis, quos refert, & ex noſtratibus Parladorus libro 2. cap. finali, part. 6. §. 17. num. 22. & ſeqq.

42 Tertiò limitatur, & declaratur præcedens concluſio, vt vterquè effectus appellationis, tam ſuſpenſiuus, quàm deuolutiuus, ſit ſublatus, & remedium nullitatis, quæ non impedit adimplementum in ſententia *de remate*, vt non procedat quando eſt nullitas, quæ procedit ex defectu iuriſdictionis Iudicis, qui eam tulit, cuius excluſio expreſsè, & ſpecificè requiritur, vt ei locus non ſit, vt adnotat Azeued. per textum ibi, in l. quarta, titulo 17. libro 4. Recopilation. verbo, de incompetentia, numero 1. & in l. ſecunda, eodem titulo, verb. Seſenta, & meliùs à Cardinali Tuſcho, ſub litera S. concluſione 465. numero 39. vbi inquit: Limita, quia vbicumque ſtatutum tollit nullitatem, non cenſetur tollere nullitatem ex defectu iuriſdictionis, gloſſa in Clementina prima, de ſequeſtratione poſſeſ. & fructuum.

43 Quò fit, vt ſi in executionibus factis à Iudicibus ordinarijs, vel ſuperioribus in caſibus declaratis in l. 20. titulo 21. libro 4. Recopilation. quæ vulgo appellatur, *la pragmatica de las ſumiſsiones*, Iudex qui non fuit competens, ſe introduxerit ad exequendum inſtrumentum publicum, & conſtet ex actis iuriſdictione caruiſſe, nec obſeruatam dictam legem vigeſimam, tunc equidem, ſi de nullitate dicatur, vel appelletur à ſententia *de remate*, tanquam nulla, cuius nullitas ex defectu iuriſdictionis conſtat ex actis, tunc equidem locum habebit ſuſpenſio ſententiæ *de remate*, eiuſquè adimplementi ex prædicta cauſa, vel alia quæ reſpiciat iuriſdictionem Iudicis, à quo lata eſt, eiuſquè defectum ex actis notorium inducat, euidenſquè ex eis ſit, quo caſu non ſolum deuolutiuum, ſed ſuſpenſiuum effectum appellatio ſortietur.

Quarta limitatio, & declaratio eſt ordinaria in tertijs oppoſitoribus, quorum reſpectu, & ob cauſam intereſſe, quod ab eis in lite, & in cauſa prætenditur, non eſt exequenda ſententia *de remate*, reſoluit Azeued. in dicta l. 19. titulo 21. libro 4. numero 140. Amador Rodriguez, plures referens, capit. 6. de executionibus, numero 52. Rebuffum, ſcilicèt, Ioannem Gutierrez, Parladorum, & Azeued. quem retulimus proximè. 44

Eſt-

45 Eſtquè trita & ordinaria reſolutio, pro cuius praxi circumſpectus Iudex, Deumquè timens, attendere debet ad reſolutionem domini Præſidis Couar. in practicis, cap. 16. numero 2. in principio, vbi ex mente Abbatis, Felini, & Decij in cap. ſuper eo de officio Delegati, & eodem Felino in cap. vltimo de calumniatoribus, ſic dicit verum, quoties præſumi poſsit calumnia tertij appellantis, & ſe opponentis executioni, non eſt admittenda eius appellatio, nec oppoſitio, ſicut conſtat ex cap. ſuſcitata de in integrum reſtitutione, per quam doctrinam ſic venit declaranda prædicta praxis, & intelligenda lex 3. & 19. titulo 21. libro 4. Recopilat. cum vera declaratione earum; quę quidem leges anſam, & controuerſiam pro eorum intellectu præſtant Iudicibus, & cauſidicis, variæquè vſquè adhuc ſunt opiniones, & ſententiæ, & cum regula ſuperiùs conſtituta, eiuſquè quatuor fallētijs, ſeu declarationibus explicatæ manent, vtiliter & compendioſè in praxi, hæc vtilis & quotidiana materia.

## *QVARTVS TRACTATVS PRO INTERpretatione legis primæ, tit. 20. lib. 8. Recopilat. & legis 3. titul. 19. eiuſdem lib. 8. An ſi cum adulterio concurrat inceſtus, vel ſacrilegium, ſeu raptus, poſsit ex officio iuſtitiæ procedi, his caſibus, abſente, vel præſente, & nolente marito, vel ad denuntiationem, vel accuſationem cuiuſlibet de populo.*

### SVMMARIVM.

1 *ARdua & noua conſtituitur quæſtio quæ refertur.*

2 *Adulterium vxoris cum inceſtu, vel raptu punitur à Iudice, etiamſi maritus eius non accuſet, vel contradicat.*

3 *Adulterij cum inceſtu diuerſa pœna, num. 3.*

4 *Delicta eadem maiori pœna puniuntur, ſi circunſtantiæ illa aggrauent, vt in homicidio cum aleuoſia, vel veneno.*

5 *Adulterij cum inceſtu, vel inceſtus cum ſtupro, pœna eſt mortis.*

6 *Mixta nõ continetur ſub ſimplicibus, in correctorijs, & odioſis.*

7 *Refertur celebris doctrina Ludouici Romani.*

8 *Monachi appellatione nõ cõtinetur Abbas, cui eſt dignitas Abbatialis annexa.*

9 *Mulieres vxoratæ ſunt publicæ meretrices, à Iudice puniuntur, non obſtante l. 1. titulo* de los adulterios.

10 *De adulterio cũ inceſtu, num. 9.*

11 *Et quid ſi maritus ſit abſens, vtilis praxis relata, numer. 10. & 11.*

12 *Lex 1. tit. 20. lib. 8. Recop. eſt correctoria iuris cõmunis, & ſic reducẽda ad ſolũ caſum de quo loquitur, non ad mixtum adulterium.*

13 *Adulterium dominæ nuptæ, ſi illud commiſerit cum ſuo ſeruo, punitur hodie pœna iuris communis, & legis 15. tit. 17. p. 7.*

14 *Ratio potiſsima prædictorum, ne delicta grauia maneant impunita, & inuectiua contra Alphonſum de Azeuedo.*

15 *Quod continet lex fori traducta in l. 1. titulo 20. libro octauo Recopilation. eſt conſuetudo, quæ non extenditur de vno caſu ad alium, de quo non loquitur.*

16 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*

# TRACTATVS QVARTVS.

1 Ardua, & noua eſt quæſtio noſtra, quoad omnia delicta, quæ cum adulterio concurrant, ſcilicèt raptus vel percuſsio mulieris vxoratæ, quam ſi quis voluerit carnaliter cognoſcere, vel eam cognouerit, vim intulerit, vel percuſſionem, an hoc caſu Iudex poſſit, vel ex officio, vel ad denunciationem procedere, vel expectari debeat querela mariti: nam de adulterio cum inceſtu mixto tetigit Gregor. Lop. in l. 2 tit. 17. part. 7. & motus fundamẽtis, quæ citat, tenet, procedi poſſe, licèt ad finem anxius & dubius ſit, eum reprobat Azeued. in l. finali, tit. 3 lib. 5. Recopil. ex num. 36. vt quid in hoc ſentiam, proferam.

2 Conſtituo concluſionem veram in iudicando, & conſulendo, vbi cũ adulterio aliud miſcetur delictũ, vel vt meliùs dicam, qualitas quæ aggrauat ſimplex adulterium, vel illud mixtũ crimen facit, Iudex ex officio, & ad petitionem partis denuncian tis procedere poteſt, non ſolum non conſentiente marito, ſed etiam illo reluctante, quam reſolutionem comprobo præmiſſis his quæ à Gregor. Lopez adducuntur loco proximè citato, his fundamentis.

Primò, inceſtui cũ adulterio de iure eſt ſtatuta diuerſa pœna quàm in ſimplici adulterio, l. ſi adulterium cum inceſtu 38. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, vbi Bartolus, per textum, ibi: Si igitur diuerſa pœna, diuerſum delictum, ſi diuerſum, vel qualificatum, non continetur ſub ſimplici, de quo loquitur l. 1. tit. 20. lib. 8. Recopil. dum inquit: *Si muger caſada cometiere adulterio*, non autem dicit: *Si cometiere adulterio, è inceſto*, nec minus, *ſi la robaren de ſu marido, con conſentimiento della, ò ſin el*, igitur adulteriũ qualificatũ nõ cõprehẽditur ſub diſpoſitione dictæ legis primæ, cùm etiam pœna raptus ſit diuerſa. 3

Deinde, & ſecundò, quia in delictis, quę vna, eadẽq; ſunt, vt homicidiũ, diuerſimode punitur illud quod eſt qualificatũ, vt eſt, in quo interuenit *aleuoſia*, vel venenũ, quàm ſimplex homicidiũ, vt patet ex pluribus legibus ſub tit. 23. lib. 8. Reco. & l. 10. tit. 26. lib. 8.

lib.8.Recopilat. Si igitur ſubſi-
ſtente vno delicto qualitas eiuſ-
dẽ aggrauat pœnam,multo for-
tiùs,ſi duo delicta in vno,eodẽq;
facto cõcurrãt,pœna veniet ag
grauanda,' & ſic mutanda, non
ea forma qua ſtabilitum eſt
in adulterio ſimplici,ſed à Iudi-
ce inferenda.

5 Tertiò,eſt videnda diffinitio
1. Antonij Fabri,ſub tit. ad legẽ
Iuliã de adulterijs,lib.9.ſui Co-
dicis,in additione diffinitionis,
quæ conducit in propoſito, qua
reſoluit de iure ciuili, pœnã in-
ceſtus eſſe pœnã mortis, quãdo
cũ alia ſpecie fornicationis con-
currit,vt cum adulterio,vel ſtu-
pro,Iul.Clar.§. inceſtus, n. 1. &
Additionator eius poſt.glo.in d.
l.ſi adulteriũ cũ inceſtu,in princ.

6 Quartò, addẽdũ fundamento
adducto per Greg.Lop.in d.l.2.
tit.17.p.7. odioſum eſſe ſtatutũ,
vel legem excludentẽ delicti pu
nitionẽ,prout eſt prædicta l. 1.
quia tendit in damnum Reipu-
blicæ,delicta eſſe impunita,ma-
ximè in qualificatis, de quibus
loquimur, omitto cõſultò vul-
garia iura,legẽ ſcilicèt ita vulne
ratus, ff. ad legem Aquil. cum
concordantibus, ſed in odioſis,
& correctorijs, qualis eſt d.l. 1.
ſimpliciũ appellatione mixta,
nõ cõprehenduntur, niſi expreſ
ſè lege caueatur: hæc eſt cele-
bris doctrina Ludouici Roma-
ni,cõſ.294.n.4.per legẽ vim paſ
ſam,§.præſcriptione,ff. ad legẽ
Iul.de adulter.quæ plurimũ cõ- 7
ducit pro noſtra reſolutione, &
in l.finali,§.ſed & ſi quis.ff.nautæ
caupones,& ſtabularij, & com-
probata per plures authoritates,
& cõſilia, quæ ibidẽ refert Apo-
ſtilla eiuſdem conſilij,verbo, nõ
comprehenduntur, idẽ Roman.
conſ. 259. in fin. quod reſoluit 8
appellatione Monachi, non ve-
nit Abbas,cui dignitas Abbatia-
lis eſt annexa, ex eodẽ §. præſ-
criptione,eum ſequitur Tuſchus
concluſ.294.ſub lit.M.num.45.
& meliùs num.32.& 38.

Quintò,cõducit bona reſolu- 9
tio,quã adducit Didac.Perez ad
Seguram in l.Imperator,n.141.
ff.ad Treb.vbi inquit:Non obſtã
te lege fori,quæ eſt d.l. 1.tit.20.
*de los adulterios*, poſſe ex officio
per Iudices puniri mulieres vxo
ratas,quæ ſunt publicæ meretri
ces, verba Didaci Perez hæc
ſunt.Et quia notabilia ea referre
libuit, & quod iſtæ meretrices,
nuptæq; male viuũt, per Iudices
puniendas eſſe ſemper exiſtima-
ui, nã tales meretrices vxoratæ
fictæ multoties contrahunt ma-
trimonium ad cautelam,vt poſ-
ſint ſe probare vxoratas eſſe, &
ſub hac ſpecie agni lupũ gerunt,
ex quibus plura damna veniunt
matronis, & etiam alijs, vt in
plurimũ contigit,& patet 3.Re-
gũ 10.& Iudicum 16.quod etiã
eſt ſingulare ad declarationem
legis Regni, in qua cautum eſt,
adulteram ab alio, quàm à ma-

rito non poſſe accuſari,vt intel-
ligatur per prædict. argument.
gloſſæ ſing.in l.fin.C. de plagia-
rijs,c.inter corporalia,§.ſed ne-
q; de tranſlat.Epiſcopi, vbi pa-
ria ſunt,non habere maritum,&
habere,ſed vile,& inutilem , de
quo perTiraq.l.6.connub.n.67.
Bald.in l.1.n.16. C.de ædilitijs
actoribus,vbi dicit: Quod ſtatu
tũ puniens debilitantẽ mẽbrũ,
non comprehendit debilitan-
tem membrũ inutile. Hactenus
Didacus Perez,ex cuius reſolu-
tione duo notabilia in propoſi-
to infero. Primum marito exiſtẽ
ti inutili,vel mente capto,etiam
ſi nõ adſit lenocinium,poteſt Iu
dex procedere ad punitionẽ vxo
ris eius adulteræ , ſi publicè, &
cum magno ſcandalo adulteria
10 committat. Secundum , quod
maximopere conducit in his In
diarum partibus,ſi vxorata mu-
lier,marito abſente,vt ſæpiſsimè
accidit, publicè ſe proſtituat,
vel ſit in notorio adulterio per
exilium,non obſtante, quod ma
ritus abſens ſit, poteſt expelli à
populo,vel ciuitate,vbi in pec-
cato publico eſt,& pariter adul-
ter;quod maximè locum habe-
bit,ſi ſit vilis,vel humilis condi-
tionis,pauper vè,&iniqua,nõ ſit
ſpes emendæ, quia antequam
dicta interueniãt,moneri debet.
Ratio autẽ rationis eſt,quia ge-
neralis diſpoſitio dictæ legis fo-
ri nõ cõprehẽdit hos caſus ſpe-
ciales,niſi de eis ſpecialis mẽtio
fieret,ita in alio propoſito reſol-
uit Marc. Anton. Anguiſol. cõſ.
1.n.7.quẽ refert & ſequitur Car
din.Tuſch.ſub lit.D.cõcluſ.490
num.21.conducit lex Decurio-
nes,C.de ſilentiarijs,lib. 12. vbi
gloſ.Bartol.in l.ſed & poſterio-
res de legibus:pari modo gene-
ralitas dictæ legis fori non extẽ-
ditur ad prædictos caſus ſpecia-
les,nec ad illũ de quo agimus , ſi 11
cũ adulterio ſit inceſtus,vel rap-
tus, vel percuſsio , vel aliud cri-
men quod cũ adulterio tẽdat in
mortẽ mariti:&redeũdo ad vnã
ex primis illationibus,ſẽperdefẽ
di;q̃ *auiẽdo muger caſada de vil, ò
humilde condicion, que eſtè amance-
bada, eſtando ſu marido auſente en
parte remota, ſe deue proceder contra
ella, y ſin eſcriuir el nõbre deſterrar-
la, ò que acuda a hazer vida con ſu
marido, y para ello embarcarla para
donde el eſtá, y que ceſſe la ofenſa de
Dios, y eſcandalos en la Republica,
que ſe ſiguen deſtos pecados publicos.*
Sextò,quia prædicta lex fori, 13
inRecopilatione incorporata eſt
correctoria iuris cõmunis, & ſic
reducẽda & reſtringẽda ad ſolũ
terminũ,de quoloquitur,hoc eſt
ad ſimplex adulterium : at verò
nos agimus,non de ſimplici, ſed
de qualificato adulterio, veluti
cũ raptu,vel inceſtu cõmiſſo , in
quo adeſt diuerſa pœna,ex d. l.
ſi adulteriũ cũ inceſtu 38. ff. de
adulterio,& ſic reddimus ad ius
commune,vt loquendo de inter
pretatione legis Petraniæ , per
quàm

quam permittebatur dominis ſeruos occidere, antequam conderetur conſtitutio Iuſtiniani, de qua in §. ſed & maior aſperitas, inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, dixi cap. 3. §. 2. n. 28. allegando Molinam de primog. lib. 3. c. 4. concurrit itaque eadem ratio in propoſito.

14 Septimò, quia adulterium qualificatum dominæ cum ſeruo proprio, hodie punitur pœna legis 15. titul. 17. part. 7. quæ non eſt correcta per dictam legem fori, vt ibidem atteſtatur Greg. licèt aliquantulum dubius.

15 Octauò, quia ſic expedit Reipublicæ, ne delicta maneãt impunita, maximè atrocia, & quæ aliam qualitatem aggrauantem continent: & miror qualiter Alphonſus de Azeued. vbi ſuprà, reprobet praxim, quam teſtatur obſeruaſſe aliquos Iudices Eccleſiaſticos, cognoſcentes de inceſtu, tametſi cum coniugata, & vxorata commiſſum, & illud punientes, quia hoc eſt iuſtum, & conueniens, nec repugnat dicta lex fori, aliàs faciemus maritos, Iudices non ſolum adulterij, ſed etiam inceſtus à ſuis vxoribus cõmiſſi, quod eſt diſſonum à iuſtitia Chriſtiano & recto zelo, vt per pœnam euitentur delicta, & à veritate, & ratione, & ſic tenẽda eſt prædicta reſolutio, quod vbi cum adulterio miſcetur inceſtus, raptus, vel percuſſio, propter illud Iudices ordinarij procedere, condemnare, & punire delinquentes poſſunt, nõ obſtante dicta lege fori, quæ eſt 1. tit. 20. lib. 8. Recop. etiãſi maritus non accuſet, vel repugnet cognitionem cauſæ, quia lex fori ei tribuit traditionem adulterij, & adulteræ, vt de illis faciat, quod voluerit, non verò ei præſtat facultatem hãc in inceſtuóſis, vel raptoribus, & raptis mulieribus, vel ſi mors, ſeu percuſſio ex his facinoribus, & criminibus procedat.

Deniq; & nonò dicta lex prima eſt cõſuetudo in corpore iuris Regij redacta, nec ea extẽditur de vno ad aliũ caſũ, quia eſſet cõtra ius commune in caſibus, de quibus loquimur, ſi pœna adulterij mixti cũ inceſtu, vel raptu vxoris cõſẽtiẽtis, vel cõtradicẽtis ſe rapi, à marito, tolleretur per cõſuetudinẽ legis fori receptã, quatenus poteſtatẽ puniendi adulteros marito tribuit, & quãdo cõſuetudo eſt exorbitãs à iure, prout eſt præfata, nõ ſe extendit ad aliũ caſum diuerſum, & diuerſam rationẽ habẽtẽ, licèt videatur ſonare in idẽ: hæc eſt doctrina Oldrad. conſ. 237. perlectis, n. 3. nec de loco ad locũ, nec de perſona ad perſonã, nec de re ad rẽ, Roman. conſ. 516. num. 4. nec de caſu ad caſum, Decian. conſ. 51. n. 30. lib. 2. quos hæc & alia adducẽs, refert Cardi. Tuſch. ſub lit. C. cõcluſ. 860. n. 1. 15. 16. & ſeqq. Ex quibus ſatis fũda

ta manet hæc noſtra reſolutio, & impugnata ea quã adducit Azeued. in d. l. finali, titulo 3. lib. 5. Recopilation. ex num. 36. cùm ſatis vulgare ſit, hos caſus diuerſos, diuerſamquè rationem culpæ, & pœnæ habentes, diſpoſitioni iuris relinqui, ex ratione legis commodiſsimè, ff. de liberis & poſthumis, l. ſi verò, §. de viro, ff. ſoluto matrimon. cum vulgaribus, quod eſſe poteſt decimum fundamentum huius partis, quam aſſeueramus.

(.?.)

IN-

# INDEX EORVM QVAE CONTINENTVR IN TRACTATIBVS DE caſibus Curiæ:& de executione ſententiæ reuiſionis;& an reſtitutio in integrum excluſum ſit,vel locum habeat contra eã: & de appellatione interpoſita à ſententia *de remate*, an effectum deuolutiuum ante ſolutionem ſortiatur:& quando ſuſpenſiuum;de adulterio cum inceſtu, vel raptu, an Iudex non accuſante, vel repugnante marito, illud punire poſsit.

A

*ADVLTERIVM Si cum inceſtu, vel raptu ſit admixtum, aliavè concurrat qualitas, quæ aggrauet delictum, mixtumq; illud faciat, ex officio Iudex procedere poteſt, quantumuis non conſenciente, vel repugnante marito in tractatu de adulterio, num.2.*

*Adulterium inceſtu diuerſa pœna, num.3. ibidem, & numero 5. pœnam eſſe mortis, & quid de vxorata publica meritrice, num.9. & 10. Adulteriũ, Iudex punire poteſt, ſi cum eo concurrat violentia, ex mente Rebuffi, num.12. ibidem.*

*Adulterium ſi mulier nupta committat cum ſuo ſeruo, punitur hodie pœna iuris communis, & legis 15. tit.17. part.7.*

*Actionem eandem coram diuerſis Iudicibus intentans, litem amittit in cauſis libertatis, & militiæ, & non in alijs, in tract. de caſibus Curiæ, num.35.*

*Alimenta recipiens, an pauper dicatur, ibidem num. 47. reſoluitur negatiuè cum declaratione, num.48.*

*Aduocatorum reprobatur ordinaria allegatio ad fundandũ caſum Curiæ in eo cui ſubminiſtrantur alimenta, quia indiſtinctè non eſt vera, ibidem num.49.*

*Ardua eſt quæſtio, an ſuper executione ſententiæ, vel contractus poſsit intentari caſus Curiæ in Chancellaria Regia, ibidem num.81. vide infrà, verbo, executio.*

Audiencias del Perù, conocen en apelacion de los articulos que coinciden ſobre exe-

cu-

cutorias dadas en el Conſejo de Indias *in tractat. de caſibus Curiæ, num. 112. Ratio redditur præcedenti numero.*

*Alguacellus maior, & executor iuſtitiæ conuenitur per caſum Curiæ, in eodem tractu, numero* 118. *& quid de Alguacellis minoribus, num. 120.*

*Aduocatio cauſæ fieri poteſt, & ad Curiam trahi per denegatam iuſtitiam ab inferiori, in eodem tractatu, numero 137. Qualiter verò hoc ſit practicandum, refertur numero 136. 138. & 139. & tribus ſequentibus declaratur reſolutio Præſidis Couar. dicentis, Chancellariæ Senatores non poſſe aduocare cauſas coram Ordinario pendentes.*

*Arguitur de iniuſtitia, l. 4. tit. 17. lib. 4. Recopilat. ſi per eam inſtrumento de nouo reperto poſt ſententiam reuiſionis nõ poſſet vti pars condemnata, cõſtando per illud de eius iuſtitia, in tractatu de ſententia, numero 46.*

*Acta falſificãs amittit cauſam, ſecus in producente teſtes falſos, in eodem tractatu, numero 59.*

*Aduocato, vel Procuratore corrupto, inducitur nullitas ſententiæ latæ, vel ſaltem aduerſus eam pars damnificata reſtituitur, quod non procedit in ſententia reuiſionis, ibidem num. 60.*

*Addictio, vulgo,* la ſentencia de remate, *poteſt fieri in vna ſententia, & in eadem adprobationes partes recipere, in tractatu de appellat. à ſententia addictionis, num. 3.*

*Audiri non debet reus executatus appellans, vel de nullitate dicens contra ſententiam addictionis, vulgo,* de trance y remate, *quouſque ſoluat ex mẽte, & vera praxi legum tertiæ, & 19. tit. 21. lib. 4. Recop. in tractatu de appellatione à ſententia* de remate, *num. 4.*

*Et eo caſu non habet appellatio effectum ſuſpenſiuum, ſed nec deuolutiuum, num. 5. ibidẽ declaratur numeris.*

*Appellatio ſi per ſtatutum tollatur, intelligi debet quoad vtrumque efectum, ibidem numer. 6.*

*Appellatione prohibita cenſetur eius prohibitio, tam reſpectu executionis, quàm deuolutionis.*

*Authores tenẽtes, reum executatum non eſſe audiendum lata contra eum ſententia, quouſ-*

vſque ſoluat, referuntur num. 8. & 9. Adducitur exemplum maximæ quantitatis.

Appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum, & non quoad deuolutiuum ſublatam eſſe per legem tertiam, & 19. tit. 21 lib. 4. Recop. tenent plures relati num. 12.

Apellatio à mãdato de exequendo, habet effectum deuolutiuum, num. 13. & num. 14. praxis obſeruanda.

Appellationis effectus deuolutiuus nunquam cenſetur excluſus, num. 19.

Appellationem tam quoad effectum ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum ſublatam eſſe in caſu legis 3. & 19. tit. 21. lib. 4. Recopilat. conſtituitur concluſio, n. 18. & 19. de reſtitutione ſublata: cætera ad hunc articulum attinentia, vide ſub litera S.

Ardua & vtilis, quotidianaq; quæſtio, an reus executatus debeat audiri, lata contra eum ſententia de remate, ſi ſit in carcere coniectus propter debitum ex eadem ſententia procedens, num. 34. Reſoluitur affirmatiuè, num. 35. extenditur num. 36. ſublimitatur, numero 38.

Affectata carceratio non releuat, num. 40. In nobilibus, & mulieribus, & alijs qui non carcerantur, tenenda eſt opinio dicentium, appellationem prædictam deuolutiuum effectum ſortiri, num. 41.

Appellatio à ſententia de remate, ſortitur effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, ſi adſit defectus iuriſdictionis, quæ eſt limitatio tertia, num. 42. ibidem, illatio vtilis, num. 43.

Appellatio prædicta ſortitur vtrumque effectum, ſi interponatur à tertio oppoſitore, ibidem num. 44. & de excluſione calumnioſi oppoſitoris, numero 45.

B.

Bannitorum praxis apud nos non eſt in vſu, ſed apud exteros, in tract. de caſibus Curiæ, num. 12.

Baldi doctrina celebris re-refertur ad probandum reſtitutionis beneficium, reſtitutionis in integrum, excludi contra ſententiam reuiſionis, in tractatu de ſententia reuiſionis, n. 23. & num. 24. & 25. adducuntur fundamenta.

C.

¶ Caſus Curiæ frequentes, & quo-

*quotidiani, tractat. de caſibus Curiæ, n.1.*

*Caſus Curiæ primus, in criminalibus eſt,* quebrantamiento de camino, ò tregua, *ibi numero 2.*

*Secundus rupto* de muerte ſegura, *qui hodie ceſſat, ibi n.2. & 3.*

*Tertius,* muger forçada, *ibi num.5.*

*Quartus, in fure, latroneuè publico & famoſo, num.7.*

*Quintus,* de hombre dado por encartado, *num.11.*

*Sextus, in falſificantē ſigillum Regis, num.13.*

*Septimus, in fabricantem falſam monetam, ſeu marcam Regiam, num.14.*

*Octauus,* por razon de otro gran yerro contra el Rey, *numero 15.*

*Nonus Curiæ caſus,* por pleito que demanda el huerfano, *num.16.*

*Nec ſufficit quòd ſit minor, niſi ſit patre orbatus, numero 17.*

*Cauſa communis pupillo, & viduæ ſit, cum non priuilegiatis, ſi indiuidua ſit, facit locum habere caſum Curiæ, ſecus ſi diuidua, num.24. ibidem contrarium, num.25. & ſequentibus, & num.31. qualiter intelligatur.*

*Cauſarum continentiæ quæ? numero 32. & ſequentibus, ibidem.*

*Decimus Curiæ caſus in homine paupere, ibidem numero 44. vide infrà ſub lit. P.*

*Vndecimus Curiæ caſus,* en home muy cuytado, *ibidem num.50. Senes decrepeti, & alij enumerantur, num.51. quorum exempla non arctant regulam, num.52. alia num.53. & 54. Comprehenſi ſub titulo ff. de curatore furioſi, habent caſum Curiæ, ibi num.55.*

*Decimustertius caſus Curiæ eſt in litibus viduarum, num. 63. quem non obtinent lite conteſtata corā Iudice Ordinario, vide infra, verbo, vidua.*

*Decimusquartus caſus Curiæ eſt,* con algun poderoſo, *ibidem num.94.*

*Decimusquintus caſus contra Duces, Comites, & Marchiones, num.98.*

*Decimusſextus, contra dominos vaſſallorum, num.99.*

*Extenditur, etiamſi ſint pupilli, minores, vel viduæ, numero 100.*

*Decimusſeptimus,* contra las juſticias y oficiales dellas, *num.*

numero 101. & quid de Senatoribus, vide ſub litera D.

Decimusoctauus caſus, en las juſticias ordinarias, num. 114. in quibus non comprehenduntur Iudices Pedanei, vulgo, Alcaldes de los lugares y aldeas, num. 115.

Decimusnonus, en el Teniente de Corregidor, y Alcaldes ordinarios de ciudad, ò villa, num. 116.

Caſus Curiæ plures ex mente legum, licèt non ex verbis, numero 117.

Vigeſimus Curiæ caſus, in Alguacello maiori, vel executore iuſtitiæ, num. 118.

Vigeſimusprimus Curiæ caſus eſt, contra Decuriones, numero 130. diſtinguitur, quod attinet ad Tribunos, vulgo, Iurados, ò ſeſmeros, num. 131.

Vigeſimusſecundus, contra Tabellionem Concilij, vulgo, el eſcriuano de Cabildo, num. 132. qui etiam à Decurione per caſum Curiæ conueniri poteſt, num. 133. vide infra ſub litera T.

Vigeſimustertius caſus Curiæ, procedere poteſt contra eos qui ſunt de familia Iudicis Ordinarij, num. 136. Referuntur in hoc comprehenſi, numero 137. Declaratur lex qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdictione omnium iudic. contra Gregorium Lop. 138.

Vigeſimus quartus Curiæ caſus contra Syndicum Reipublicæ, vulgo, el Mayordomo de la ciudad, ò concejo, numero 140.

Vigeſimusquintus in exactore tributorum, vulgo, el Receptor del ſeruicio, num. 141.

Vigeſimusſextus, contra Receptorem alcaualæ, vulgo, el Teſorero de las alcaualas, numero 142.

Vigeſimusſeptimus in Caſtellano alicuius fortalicij, numero 143.

Vigeſimusoctauus, in cauſis denegatæ iuſtitiæ, num. 145.

Chancellariæ Prætoriales quæ, ibidem num. 146.

Vigeſimusnonus caſus Curiæ eſt in cauſis Fiſcalibus, ibidem, num. 182.

Cauſæ Fiſcales in Indijs Occidentalibus in Chancellarys iudicantur, num. 183.

Trigeſimus caſus Curiæ eſt, pro exigendo ſalario Tabellionum, & Relatorum in Chancellaria degentium, num. 184.

Trigeſimusprimus in ſalario Aduocatorum, cũ distinctione,

*ne,num. 184. & tribus ſequentibus.*

*Caſus Curiæ Reales, hoc eſt, ex natura rei, ſuper qua litigatur, num. 189.*

*Trigeſimusſecundus in feudo, numero 190 & ibi de commendis Indorum, & refertur ordinatio de Malinas, numeris ſequentibus.*

*Trigeſimustertius in commendis Indorum.*

*Trigeſimusquartus, ſuper interpretatione Regij priuilegij, num. 197.*

*Trigeſimusquintus caſus notabilis Curiæ eſt, ex natura rei, ſi cauſa ſit magni momenti, numero 209. & explicatur celebris lex 4. titulo 1. libro 3. Recopilat. numero 200. vſque ad 205.*

*Trigeſimusſextus caſus Curiæ eſt, ſuper cauſa maioratus, numero 206. Declaratur duobus numeris ſequentibus.*

*Trigeſimusſeptimus,* ſobre vaſſallos, *num. 209.*

*Trigeſimus octauus,* ſobre fortaleza, *210.*

*Trigeſimusnonus,* ſobre muerte ò herida de algun Cauallero, *num. 211.*

*Quadrageſimus, ex relatione authoris,* ſobre paga de tributos que ſe pide a Indios, *decem alij Curiæ caſus, remiſsiuè, num. 214.*

*Caſum Curiæ declarandi ſtyllus, numero 217. & quando habeat locum ſupplicatio ab ea, num. 218.*

*Cauſa admodum dubia, qualiter iudicanda, ibidem, numer. 115.*

*Commentarienſium fraudes plures, in tract. de ſententia addictionis, num. 39.*

*Caſus omiſſus diſpoſitioni iuris relinquitur, in tractatu de adulterio cum inceſtu, numero 17.*

*Conſuetudo eſt ſtricti iuris, nec extenditur de vno caſu ad alium, ibi num. 16.*

D.

*DOmini vaſſallorum conueniuntur per caſum Curiæ, in prima inſtantia, etiamſi ſint pupilli, viduæ, vel minores, in tractatu de caſibus Curiæ, n. 99. & 100.*

*Domini Præſides, & Conſiliarij Supremi Conſilij Senatores Regiarum Chancellariarum, & Iudices Hiſpalenſes, & Senatus Galleci, ſortiuntur caſum Curiæ, & quomodo, ibidem num. 102.*

*Dubia*

*Dubia magna fuerunt cauſa, vt Regnum peteret declarationem: an contra ſententiam reuiſionis admitteretur reſtitutio in integrum, in tractatu de ſententia, num.* 15. *Refertur petitio, & Regis reſponſum, num.* 16.

*Declarationis petendæ in ſententijs praxis, ibidem, num.* 78. *&* 79. *& num.* 80. *Quod iudices, qui habent declarare, non poſſunt niſi ſemel, numero* 80.

*Delictum idem maiori pœna punitur, ſi illud aggrauet aliqua circūſtātia vt homicidio cum aleuoſia in tractatu de adulter. num.* 4.

E

*EXceptio, ne continentia cauſæ diuidatur, locum habet, parte opponente, ea verò non oppoſita ante litis conteſtationē, valet proceſſus in tractatu de cauſ. Curiæ, num.* 38.

*Exceptio litiſpendentiæ non habet locum in cauſis executiuis, ibi numero* 50.

*AEtiopes, & quos vulgus nominat* mulatos *habet caſum Curiæ actiuè, ibi num.* 60. *Fallit ſi ſint diuites, limitationes, prouiſionis ordinariæ,* del fuero, *ibidem ex num.* 71. 79. *&* 80.

*Executio an poſſit intentari per caſum Curiæ in Regia Chancellaria, n.* 81. *Eſt in arbitrio dominorum remittere executionem ſententiæ faciendā iudicibus ordinarijs, vel eam ipſos facere, nu.* 86. *Et de ſtylo Regalis Audientiæ,* de los Reyes y de Panamà, *num.* 88. *Et numeris ſequentibus, quid ſit obſeruandum.*

*Error iuris vel facti reddit ſententiam nullam in tractatu de ſententia, num.* 71.

*Error calculi qualiter inducat nullitatem, ibidem, num.* 103. *Non ſemel, ſed bis, & pluries reuocatur, & allegatur, num.* 104.

*Exemplis Senatus ſupremiq; Cōſilij iudicandum, ibidem, num.* 117.

*Exceptiones modificatiuæ nō ſunt ſublatæ, per l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop. ibidem, num.* 118. *Limitatur in deductis, & reiectis in cauſa principali, quod ſublimitatur, ſi de eis plene fuit cognitum, num.* 120. *&* 121. *Et referuntur verba Ludouici Romani, & Antonij Fabri optima in propoſito.*

F

*FAlſitatis oppoſitio non admittitur contra inſtrumenta præſentata in lite coram Præfecto prætorio agitata, poſtquam ſententia vltima fuit lata in tractatu de ſententia, num.* 41. *Et quod remedium competat, nu.* 42. *& quentibus.*

*Fiſcales cauſæ in Chancellaria debent intentari in tractatu de caſibus Curiæ, num.* 156.

*Furtum quod ſit magnum iudicis arbitrio remittitur, tractatu de caſibus Curiæ, num.* 8.

*Fiſcalis procurator non poteſt iure Fiſcū ſuo proprio foro Regio priuare, ibidem, num.* 157.

*Fiſcus cauſas alibi pendentes ad ſe trahit, num.* 158.

*Fiſcus retractat ſententiam lite fi-*

nita per inſtrumenta de nouo reperta, & etiam per teſtes in tractatu de ſententia reuiſionis, num. 50. & 51.

Falſificans acta, amittit cauſam: ſecus in producente teſtes falſos, ibi, numero 59.

Falſitas inſtrumentorum vel teſtium, ſi allegetur, & probetur poſt ſententiam reuiſionis, non ſuficit ad eam retractandam, ibi, numero 56. Ratio redditur, num. 57.

G

GRaſſatores pro primo furto mortis pœna puniuntur tractatu de caſibus Curiæ, num. 9. Quod venit declarandum, vt numero 10. refertur.

I

INceſtus cum adulterio pœna diuerſa eſt à pœna adulterij ſimplicis.

Indus quilibet ſiue diues ſit, ſiue pauper habet caſum Curiæ actiue in tractatu de caſibus Curiæ, num. 56.

Iuriſdictio ſi ſit priuatiua, nihil operatur conſenſus partium, vt in alium iudicem prorrogatio fiat, ibidē, num. 194.

Iuriſdictio ſi ſit priuatiua in eius præiudicium non habet locum caſus Curiæ, num. 216.

Inuehectiua contra implorantes, vel concedentes reſtitutionem in integrum contra ſententiam reuiſionis, per quam lis eſt finita in tractatu de ſententia, num. 26.

Iura communia Pontificia, & Cæſarea, necnon Regia finem litibus imponere intendunt, ibi num, 27.

Indebiti per ſententiam ſoluti, non competit repetitio per inſtrumentum de nouo repertum, vt locum habeat, concurrere debent, quæ traduntur, numero 49.

Iudicum, vel alicuius ex eis corruptione allegata, non retractatur, vel anullatur ſententia reuiſionis. ibidem numer. 53. Et an ſit nulla per corruptionem vnius, vide infra, ſententia.

Iudex qui iniquam ſententiam tulit, tenetur parti ad intereſſe, & damna in tractatu de ſententia, n. 106.

L

LItiſpendentiæ exceptio non habet locum in cauſis executiuis in tractatu de caſibus Curiæ, numero 40. Quòd quomodo in praxi ſit intelligendum, declaratur, numero 41. & 42. & 43.

Libertatis lis eſt caſus eſt Curiæ, ſiue actiuè, ſiue paſſiuè proponatur, ibidem, num. 62.

Lex qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iudic. declaratur contra Gregor. Lop. ibidem num. 128.

Lex finalis in fine, C. de fide inſtrumentorum prohibet ſententias Præfectorū Prætorio retractari; adducitur, & declaratur in tractatu de ſententia reuiſionis, num, 7. & ibi, num. 8. Regias Chancellarias ſucceſſiuè Præfectis Prætorio.

M

Minor viginti quinque annis non ha-

neant, non videtur iudex in his quæ non pronuntiauit abſoluere, ibidem, numero 96.

Sententia contra ſententiam non valet, num. 99. Quòd obtinet, & non valere in ſententia reuiſionis, num. 100. Reſtringitur in ciuilibus: ſecus in criminalibus, num. 101.

Sententia lata reuiſionis, ſi appareat de inocentia rei in cauſa criminali, quid agendum? ibidem, numero 102.

Sententia continens errorem vide ſub litera, E & verbo iudex.

Syndicatus non datur contra ſententiam reuiſionis, nec alia acta pronuntiata per Audientiam ſub eodem tractatu de ſententia, num. 108. Rationes, & fundamenta, num. 109.

Senatores Regij qualiter, & ex quibus, eleganter, ibidem num. 111. Methodus iudicandi in cauſis coram eis vertentibus, num. 112.

Statutum tollens appellationem ab executione, non cenſetur illam ſubſtuliſſe, ſi appellatur ad ſedem Apoſtolicam in tractatu de appellatione à ſententia de remate, nu. 2.

Statum tollens appellationē odioſum, ibidem, num. 15.

Sententia de remate adimplenda cum effectu, licèt appellatio allegatur quæ ſublata ad vtrumquè effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum in tractatu de ſententia aditionis, num. 18. Formaquè decreti, quando non debet reus audiri, num. 33.

Limitatio prima ſi ex actorum inſpectione conſtet de notoria ſententiæ iniuſtitia tradduntur fundamenta, num. 25. 26. & 27.

Sententia redditur nulla ex notoria iniuſtitia, num. 29. Verba, & diſtinctio Maratæ optima in propoſito, num. 30. & 31.

Praxis prædictæ limitationis qua vti debet executatus, num. 32. Formaquè decreti.

T

TAbellio Concilij ciuitatis, vel villæ poteſt conueniri per caſum Curiæ in tractatu de caſibus Curiæ, numero 122. Etiam à Decurione eiuſdem Concilij, numero 123. ibidem.

Tabelliones numerarij an poſsint conueniri per caſum Curiæ, ſit diſtinctio, ibidem, num. 124.

Tabellionum aliquorum mores, num. 125. ibidem.

Teſtamentum pagani firmus quā militare in tractatu de ſententia reuiſionis, num. 30.

V

VErbum, ni en otra manera, quid importet in tractatu de caſibus Curiæ, num. 164.

Vicerrex poteſt præcipere, vt per duas aulas Senatorum lites aliquæ videantur, & iudicentur, ibidem, num. 181.

Vidua habet caſum Curiæ actiuè, & paſsiuè, & ſi diues ſit fallit, lite conteſtata coram ordinario iudice, ibidem, numero 63. & 69.

Nec

*Nec contra aliam viduam, num. 65.*
*Stylus prouiſionis* del fuero, *numero 65.*

*Viduæ appellatione continetur, quæ habet maritum inutilem, vel ad trirremes damnatum, num. 68.*

*Viduæ appellatione continetur, quæ nunquam habuit maritum, & ſortitur caſum Curiæ, num. 70.*

*Verba prægnantia, & quæ tollunt omne remedium, reſtitutionē excludunt in tractatu de ſententia, numero 21.*

*Verba legis tertiæ, &* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. referūtur in tractatu de appellatione à ſententia adictionis, num.* 1.

*Verba legis ſi ſint inculcata, & prægnantia in integrum reſtitutionem tollunt.*

# FINIS.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
- SALAMANCA -

1